3 Ex his deducitur, nunquam bigamiæ irregularitatem contrahi absque matrim. de jure vel de facto inito, id est, valido vel irrito. Quare nullo modo contrahitur ob plurium lido vel irrito. Quare nullo modo contrahitur ob plurium cujuscunque status concubinatum, ut expresse de presbytero plures concubinas habenti decernitur, *c. penul. de bigamis*; & docent omnes. Et ratio est, quia cum desit matrim. cum illis, & affectus ad matrim. contrahendum illud irritum, conjunctio illa concubinaria nil habet cum conjunctione Christi cum Ecclesia, nec in statuta est ad illam significandam, atque ideo ab ejus significatione minime deficit. Qui defectus ratio est irregularitatis bigamiæ.

4 Id autem tanquam fundamentum in quavis bigamiæ specie statuendum est. Nullam bigamiæ speciem contrahi nec ratione illius irregularitatem, quæcumque matrim. ineantur, & cum semina cujuslvis status, nisi carnalis commistio in illis matrim. intercedat, ut expresse definitur *c. Debitum, de bigamis*, de contrahente duo matrimonia, vel cum vidua. Si enim non sit in utroque conjugio copula, non est bigamia. Et similiter decernitur ibi, contrahentem cum vidua a priori viro non cognita, minime esse irregularem, quamvis cum illa consummet: nec similiter, si contrahat cum vidua a priori viro cognita, vel qualitercumque corrupta, si cum illa copulam non habeat. Idemque decernitur de ducente viduam *c. fin. d.* 34. quod est ex Gelasio Papa, & ratio redditur *d. c. Debitum*, quod matrim. copula non consummatum, minime sufficiat ad signandum matrim. Christi cum Ecclesia per incarnationis mysterium charactum: nec vir ille dicatur carnem suam in plures divisisse; ac proinde ejusmodi matr. qualitercumque contractum, aptum non est ad tollendam perfectam sacramentalem matrimonii significationem. Idem constat ex *c. fin. de bigamis*, ubi sermo habetur de Subdiacono ineunti matrim. atque ita ut bigamus, & irregularis ponderatur affectus intentionis cum opere subsecuto: ubi *gl. finalis* explicat, cum opere, scilicet, carnali. Atque ita in singulis bigamiæ modis tradunt passim DD. Et specialiter cum hac generalitate docent *D. Th. 4. dist. 27. q. 3. ar. 1. q. 1. ad 3. & ibi Palud. q. 4. a. 2. n. 10.* & 11. *Villadiego tractatu de irreg. c. 13. ad fin. Silv. verb. bigamia, statim in princ. & ibi Armil. n. 2. fin. Tabiena qu. 3. fin. Petr. de Soto lect. 18. de matr. pag. 4. vers. Hæc igitur, Covar. clem. Si furiosus, de homic. 1. par. §. 2. n. 2. vers. Primum. Palacios 4. dist. 27. disp. 4. col. 5. Toledo lib. 1. sum. cap. 26. n. 5. Humada p. 1. tit. 5. l. super gloss. 34. fin. Vivaldus candel. sacram. 2. par.* ubi de irregularibus bigamiæ, *n.* 21. *Petr. de Ledesm. de matr. qu. 66. art. 3. conclus.* 5.

5 Quamobrem non est audiendus *Magister* 4. *d.* 26. dicens per matrim. ratum contrahi bigamiam. Quem omnes reprobant per textum expressum *c. Debitum, de bigamis*. Nec similiter audiendi sunt *Rosella verb. bigamia, n. 2. Montaigna tractatu de irregul. q. 4. n. 1. & 4. q. 6. nu. 7.* ubi ajunt professum incuntem matrim. nec illud consummatum, effici irregularem. Quia *c. Quotquot* 27. *q.* 1. sola voti transgressio consideratur, quæ in matrim. non consummato etiam reperitur. Quod idem supponit *Ant. c.* 1. *Qui clerici, vel vov. nu.* 8. ubi dicit tunc posse Episcopum dispensare in ea bigamia similitudinaria. Atque idem docent *Bart. a Led. de matr. dub. 73. concl. 2. & Vega* 1. *tom. sum. c.* 38. *casu* 4. agentes de irregularitate bigamiæ contracta ex delicto, ob duplex matrim. quorum saltem alterum est irritum, vel contra solemne castitatis votum: licet dicant non esse tuno proprie bigamiam. Sed dicendum est prorsus, nullam tunc contrahi irregularitatem. Quia etsi *d. cap. Quotquot*, non fiat mentio copulæ: at in aliis textibus n. præc. allegatis, petitur copula ad bigamiam contrahendam. Et in clerico voti solemnis transgressore per initum matrim. ponderatur copula *c. fin. de bigam.* (ut probavi n. præc.) At professus hic initar clerici irregularis est, ob bigamiæ similitudinem (ut probabo disp. 85.) Quare copula necessaria est ut irregularitas incurrat, sicut in bigamia vera & interpretativa. Et ita docent *Ant. c. Nuper, n. 7. de bigam. & ibi Abb. n. 3. Tabiena verb. bigam. q. 3. fi. Palacios 4. dist. 27. disp. 4. col. 6.* Ejusdem sententiæ videntur clare esse alii DD. qui explicantes casum bigamiæ similitudinariæ, quam ordine sacro, aut professione ligatus matrim. iniens incurrit, ajunt si matrim. ineat, & consummet. Hi sunt *Richar. 4. d. 27. q. 1. corp. & ibi Palud. q. 4. ar. 2. nu. 12. Alens. 2. p. sum. lib. 6. tit. 7. ar. un. q. 2. Navar. sum. c. 27. num. 195. Aur. Cucus lib. 4. instit. major. tit. 12. n. 160. 167. Toledo lib. 1 sum. cap. 26. num. 7. Valentia 4. p. disp. 7. q. 10. punct. 3. in prima specie irregularitatis; Emman. Sa summ. verb. Irregularitas, in irregularitate ex bigamia, n. 4. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 1. lib. 4. c. 7. Vivald. cand. sacram. 2. par.* ubi de irregularitate bigamiæ, *n.* 12. *Petr. de Ledesm. de matr. q. 66. ar. 3. col. antepen. Lud. Lop. 2. p. instr.* ubi de irreg. *c.* 22. *in prima specie irregularitatis, Graffis 1. par. decis. l. 4. c. 27. n.* 38.

6 Major autem difficultas est, an requiratur in copula illa seminis virilis emissio intra vas femineum? Quidam enim id negant, asserentes satis esse ad bigamiæ irregularitatem, vasis feminei absque semine immisso penetrationem. Ducuntur, quod per eam copulam præsumat Ecclesia seminis immissionem, ac proinde matrimonium perfecte consummatum esse. Atque ideo vult contrahi irregularitatem hanc per talem copulam quia deficit a perfecta Sacramenti significatione quoad externa. Hoc colligitur de doctrina *Paludani, n. seq. alleganda*, & docent *Tabiena verb. bigamia, q. 3. fin. & ibi Armilla n. 2. Palac. 4. d. 27. disp. 4. col. 5. Vivald. candel. sacram. 2. p.* ubi de irregularit. bigamiæ *n. 22. Enriquez lib. 11. de mor. t. 15. n. 3.* addens hunc in utroque foro esse bigamum. Pro qua tent. fortissime urget quod disp. 68. n. 15. tradidimus ex communi sentent. minimum, ex sponsalibus quibus deest internus consensus, & proinde in solo foro externo, & quoad Ecclesiæ præsumptionem valida sunt, oriri impedimentum publicæ honestatis in utroque foro. Quia id inductum est ob publicam indecentiam, quæ in eo casu reperitur, perinde ac si sponsalia essent valida, cum juxta hominum, quos cordis interna latent, sint valida. Quæ ratio militat in hoc eventu. Et ita hæc pars est valde probabilis. At probabilius existimo non oriri bigamiam nec irregularitatem in foro conscientiæ ex ejusmodi copula, sed in solo foro externo, ob præsumptionem perfectæ copulæ. Quare si hæc res occulta esset, ac posset ille absque scandalo ad ordines promoveri; ea copula non obstaret, nec dispensatione indigeret, utpote qui vere bigamus non est. Ducor, quia, *c. Debitum, de bigamis*, expresse petitur conjugium committione corporum consummatum, iuxta ciens ad repræsentandam coajunctionem Christi cum Ecclesia per incarnationis mysterium. At non est consummatum sola valis penetratione (ut probavi l. 2. disp. 21. n. 5.) nec id matr. repræsentat unionem Christi cum Ecclesia per incarnationem, sed solum quando copula consummatur (ut probavi eod. 2. lib. disp. 13. num. 1.) non ergo inducit bigamiam deficiente seminis effusione. Præterea, quia hic non dividit carnem suam in plures quemadmodum si copula non interveniset. Non enim fit una caro cum uxore sic cognita: cum matrim. minime consummarit, ut habetur *c. Lex*, 27. *q.* 2. *& c.* 2. *de convers. conjug.* Præterea, quia disp. seq. nu. 12. similiter dicemus, ex unico matr. cum corrupta, quando illud revera non est matr. sed præsumptum in foro Ecclesiæ, non oriri veram bigamiam. Pariter ergo non oritur quando matrim. consummatio est solum præsumpta, & non vera. Hoc etiam magis constabit ex dicendis n. seq. Nec obstat ratio contraria. Quia sponsalia id impedimentum pariunt, eo quod publicæ honestati adversetur inire matr. cum consanguinea prioris sponsæ de futuro. Quæ inhonestas reperitur quoties in exterioribus sunt vera sponsalia: & solum ob defectum consensus interni irrita sunt. At bigamia inducit irregularitatem ob defectum significationis matrimonii Christi cum Ecclesia: qui non reperitur, quoties matrim. non est omnino copula consummatum. Et ita hanc partem sustinent *Borgasius de irreg. p. 5. tit. de big. n. 21. & 22. Vegato sum. c. 38. casu* 4. Qui bene addit minime deficerari seminam quoque semen emittere. Quamvis ii, qui probabiliter dicunt non consummari matr. femina non seminante (quos retuli lib. 2. disp. 21. n. 11.) dicerent similiter tunc non induci bigamiam.

Hinc deducitur contrahentem ac consummantem matrim. 7
cum ea, quæ non membro naturali viri, non seminis effusione corrupta est, sed aut instrumento aliquo, aut membro virili, non intermisso semine minime effici bigamum, aut irregularem. Quod vere carnem suam in plures non diviserit in priori enim copula femina illa non effecta fuit una caro cum viro, deficiente seminis immissione. Et ita docet *Bell. cap. 2. q. 4. num. 9. fine de bigamis*. Quamvis *Palud. 4. d. 27. q. 4. ar. 2. n. 10. Supple. Gabr. ibi q. 3. ar. 1. vers. bigamia interpretativa*, sentiat satis esse, eam feminam corruptam esse absque seminis effusione. Imo *Llanas methodo curationis 1. p. c. 72. §. 3.* satis esse ait, si vir tentasset illam corrumpere. Quia illa solum materialiter est virgo. Sed hoc nil ad rem facit, non enim ad bigamiam conficiendam virginitas formalis, sed divisio carnis in plures. Quippe violenter rupta cum seminis immissione, est formaliter virgo, & tamen illam ducentem reddit bigamum (ut probabo disp. seq. numer. 8.) & similiter voluntarie polluta absque virili congressu, est solum materialiter virgo, illam ducens non est irregularis. Et econtra dicendum est, quamvis femina vere virgo sit quoad corpoream integritatem, si tamen virile semen ex concubitu quacumque arte receperit, id sufficiet ad bigamiam. Quia ea copula matrimon. consummatur, & efficitur femina una caro cum eo, quo concubuit (ut probavi lib. 2. disp. 21. num. 2.) Ita *Vivald. candelabro sacram. 2. par.* ubi de irregul. bigamiæ, *n.* 24. Non tamen erit bigamus aut irregularis, si prior uxor aut femina, quam ducit, sit sola copula extra vas cognita, aut sodomitice, ut bene docet *ibi Vivaldus num.* 23., & 25. & constat ex ratione tradita.

Tandem dubitatur, an matrim. duplex contractum ante 8
Baptismum, vel unum ante, & aliud postea: vel unicum cum corrupta ante Baptismum, vel cognovisse uxorem adulteram, & tandem omne illud matrim. quod post Baptismum contractum afficeret contrahentem bigamum & irregularem efficiat similiter si ante Baptisma ineatur? Quia in re magna orta est quæstio inter D. August. & D. Hieron. Nam *hic epist. 73. ad Oceanum*, & refertur, *c. 1. d. 26. & in epistolam D. Pauli 1. Timoth. 3.* & refertur *c. 1. 28. q. 3. & in ep. ad Titum c. 1.* sensit ea matrimonia ante Baptismum inita non imputari ad hanc irregularitatem contrahendam. Idem sustinent *gl. ord. & Lyran. 1. Timoth. 3. Maiorin 4. d. 27. q. 6. dub. ult. Almain 4. d. 25. qu. 1.* Ductus est autem Hier. quod ea iam baptizato non imparentur quasi novus homo per Baptismum effectus sit. Sicut nec stupra, & adulteria ante Baptismum patrata ei imputantur. Secundo potest probari ex *c. 1. 33. d.* quod est ex *can. 17. Apostolorum*, ibi: *Si quis post acceptum Baptisma secundis nuptiis fuerit copula-*

copulatus non potest fieri Episcopus, non presbyter, non diaconus. Secus ergo a contrario sensu, quando ante Baptisma. Tertia, quia cum hæc irregularitas sit jure Pontificio inducta, non potest afficere infideles. Et confirm. quia privatio supponit habitum, ut est commune axioma dialecticum, & ex *c. de infidelibus, de consang.* colligit *ibi Abb. n. 5.* Cum ergo infidelis sit capax ordinis, erit quoque incapax irregularitatis, quæ privationem habilitatis ad ordines suscipiendos importat. Tandem, quia cum bigamia non sit impedimentum naturale ad ordines, sed solo jure Ecclesiastico inductum, sicut affinitas ex fornicatione, consurgens non est quid naturale, non potuit contrahi ante Baptismum. Et sic non obstabit post Baptisma ordinum susceptioni. Sicut nec hæc affinitas contrahitur ante Baptismum, nec impedimentum aliquod præstat matrimonio post illum, ut dixi disp. 65. n. 11.

9 In contrariam tamen sententiam evit *D. August. in epistola ad Titum, & de bono conjug. c.* 18. & refertur *cap. Acutius d. 26. & c. fin. q.* 28. *q.* 3. *& D. Ambros. lib. 1. de offic. c. ult.* & refertur *c. penul. d. 26.* quos universi Theologi demptis paucis, n. præc. allegatis, sequuntur cum *D. Thom. 4. d. 27. q. 3. ar. 2. corpore*, & omnes DD. juris Pontificis *c. Gaudemus, de divor.* cum *gl. c. 1. v. Post Baptismum, d. 26. & c. 2. v. Dispensare, de big.* Et jam est hoc definitum ab *Innocentio ep. 22. cap. 2. & ep. 2. cap. 5.* & refertur *c. Deinde d. 26. & c. Si quis viduam el. 1. 34. d.* ibi: *Si quis viduam licet laicus duxerit uxorem, sive ante Baptismum sive post Baptismum, non admittatur ad clerum. Quia eodem vitio videtur exclusus. In Baptismo enim crimina admittuntur, non accepta uxoris consortium relaxatur.* Quare jam certum est, omne illud matrimonium, quod propter significationis defectum reddit bigamum, & irregularem: si post Baptismum ineatur, impedire quoque ante Baptismum initum, ne infidelis ille possit post Baptisma suscipere promoveri ad ordines. Et ratio est manifesta, quod Ecclesia non induxerit impedimentum hoc ad ordines suscipiendos, in alicujus delicti pœnam, ut ea per Baptismum una cum delicto remittatur: sed quia id matrim. non est aptum ad significandam conjunctionem Christi cum Ecclesia. Qui defectus æque invenitur in matrimonio ante Baptismum, ac post illum inito. Sicut ante Baptismum corrupta non consecratur post illum instar virginum. Et confirm. quia si Ecclesia statuisset solos eos posse ad ordines ascendere, qui nunquam fuerunt conjugati; nullus diceret posse infidelem, qui eo tempore infidelitatis matrim. injit, post Baptisma susceptum, & mortua jam uxore, ad ordines ascendere. Quia verificatur hunc fuisse conjugatum. Deinde, quod quamvis hoc esse impedimentum ad ordines, sit jure Ecclesiast. inductum: at non esse matrimonium aptum ad significandam conjunctionem unius Christi cum unica Ecclesia intacta, utpote quod ea qualitate, in qua assimilari debeat, omnino caret, est quid naturale: atque ita tempore infidelitatis adest, licet non quatenus est impedimentum ordinis suscipiendi. Post Baptismum ergo obstabit ordinibus suscipiendis. Quia tunc lex Ecclesiastica obligat, quæ interdicit eum ad ordines promoveri, qui matrim. ineptus ad eam significationem est quandocumque junctus. Sicut consanguinitas in secundo, & ulterioribus gradibus est quid naturale in se, at in quantum obstat matrimonio, est mere quid Ecclesiasticum. Unde ante Baptismum non erit impedimentum, at post Baptismum erit utique, quia illud naturale manet: & jam lex Ecclesiastica id impedimentum inducens obligat, ut dixi disp. 65. n. 1. & 2.

10 Temperat autem hoc *Enriq. lib. 17. de irreg. cap. 17. n. 2.* ut intelligatur de bigamia, quæ ob significationis defectum contrahitur: illa enim quæ ratione delicti, ac in ejus pœnam, tolletur per Baptismum, sicut & delictum ipsum. Sed nullam invenio bigamiam, quæ ex mero delicto contrahatur, in qua posset hoc verificari. Nam similitudinariam quæ incurritur ob matrim. initum adversus votum solemne ordinis sacri, aut professionis facter esse ex mere delicto: aut huic non posse locum esse tempore infidelitatis constat. Interpretativam vero contractam ob duplex matrim. irritum, aut saltem alterum irritum, communis sententia habet, non esse ex mero delicto (ut videbimus disp. seq. n. 6.) At retenta opinione probabili (quam ibi referemus) quæ docet eam esse ex delicto, est quoque probabile eam non incurri per illud duplex matrim. ante infidelitatem contractum.

11 Ad argum. num. 8. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis num. 9. quæ enim peccata sunt, illorum pœnæ remittuntur per Baptismum: non autem inducta defectu significationis. Ad 2. dic cum *gloss. ibi verb. Post acceptum*, intelligi, maxime si post Baptismum. Vel argumentum a contrario sensu vim non habere, quando contrarium est jure decisum, ut ex multis testatur *Everardus loco a contrario sensu*, quod ter si ante Baptisma ineatur? Quia in re magna orta est quæstio inter D. August. & D. Hieron. Nam *hic epist. 73. ad Oceanum*, & refertur, *c. 1. d. 26. & in epistolam D. Pauli 1. Timoth. 3.* & refertur *c. 1. 28. q. 3. & in ep. ad Titum c. 1.* sensit ea matrimonia ante Baptismum inita non imputari ad hanc irregularitatem contrahendam. Idem sustinent *gl. ord. & Lyran. 1. Timoth. 3. Maiorin 4. d. 27. q. 6. dub. ult. Almain 4. d. 25. qu. 1.* Ductus est autem Hier. quod ea iam baptizato non imparentur quasi novus homo per Baptismum effectus sit. Sicut nec stupra, & adulteria ante Baptismum patrata ei imputantur. Secundo potest probari ex *c. 1. 33. d.* quod est ex *can. 17. Apostolorum*, ibi: *Si quis post acceptum Baptisma secundis nuptiis fuerit copula-*

SUMMARIUM.

Quare dicatur bigamia interpretativa, n. 1.
Quotupliciter contrahitur. 2.
An contrahens duo matrimonia irrita, vel quorum alterum solum est irritum, sit bigamus, & irregularis, 3.
An sit irregularis, qui prima legitima superstite, & nondum uxore cognita, ad alias nuptias transit, illaque consummavit, si postea coactus ab Ecclesia ad priorem uxorem redeat, ac illam cognoscat, 4.
Quid si quispiam prioris matrimonii nullitate cognita aliud ineat, 5.
Quid, si quispiam priori matrimonio dissoluto, ad aliud irritum defectu impedimenti a se ignorati transeat: & an hæc irregularitas duplici ex matrim. irrito, aut altero irrito nascens sit irregularitas ex delicto, 6.
An sit bigamus, & irregularis, unicum iniens matrim. cum vidua, vel corrupta: & an desideretur corruptio cum seminis immissione, 7.
Quid si contrahens putaret uxorem esse virginem, vel esset vi corrupta: vel econtra putaret corruptam, cum esset virgo, 8.
Traditur vera ratio, cur corruptus ducens virginem non sit irregularis. Secus si corruptio sit ex parte feminæ: & improbatur sententia sustinens hic non oriri bigamiam, 9.
An hæc irregularitas contrahatur ex matrimonio unico cum vidua vel corrupta, irrito tamen ob aliquod impedimentum. Refertur sententia affirmans, 10.
Contraria Auctoris, 11.
Quid si in foro externo præsumatur illud matr. valore, 12.
An ducens feminam a se solo defloratam, sit bigamus, & irregularis. Refertur quædam sententia, 13.
Proponitur Auctoris sententia, 14.
Quid si ducens virginem cognoscat illam post adulterium, etiam occultum, sive scienter, sive ignoranter, quamvis vi cognita sit, 15.
Quid, si coactus ab Ecclesia reddat debitum adulteræ. Refertur quædam sententia, 16.
Proponitur sententia Auctoris, 17.
Satisfit argumentis, 18.

Bigamia interpretativa ob id dicitur, quod a vera bigamia partim deficiat, partim vero illi assimiletur. Deficit a vera, quod ea contrahatur carnis vera divisione facta per duo consummata, ac legitima matrimonia. At in interpretativa non vere dividitur caro in plures: sed ex quadam juris interpretatione: aut propter affectum contrahentis, qui duo contraxit ac consummavit conjugia, quamvis non valide utrumque, aut saltem alterum: ac proinde ex parte suæ voluntatis, & affectus carnem suam in plures divisit: aut propterea quod cum per matrim. consummatum efficiatur una caro cum uxore; ducens viduam a priori viro cognitam, vel quamcumque corruptam, atque cum ea consummans, vel ducens virginem, & post adulterium illam cognoscens, censeatur ex juris interpretatione carnem suam in plures divisisse: sicut uxor cum qua efficitur una caro, in plures divisit, nempe, in ipsum virum cognoscentem, & in eum, a quo alias cognita fuit. Quare deficit id matr. a significatione matrimonii Christi cum Ecclesia: quod est unius cum una intacta. 1

Hinc deducitur, 4. modis posse bigamiam hanc interpretativam incurri. I. est, quando quispiam duo init, & consummat matrimonia, alterum de jure, idest, validum, alterum de facto, idest, irritum, sive priori conjuge vivente, sive defuncta. II. est, quando duo init matrimonia de facto, id est, ambo irrita. III. quando ducit viduam a priori viro cognitam, vel per fornicationem corruptam, & cum ea consummat matrim. Ultimus, quando virginem a se ductam, atque postmodum adulterii ream, carnaliter cognoscit. De quibus modis est seorsum agendum in hac disputatione. 2

Primus ergo modus, & secundus sunt, quando quis duo init matrimonia irrita, vel saltem alterum irritum, & alterum validum. Neuter modus invenitur in jure expressus, sed utrumque colligunt DD. ex ratione tradita, *c. Nuper in fin. de big.* ubi sermo habetur de clerico, qui ante sacrum ordinem matr. contraxit, atque in eo jam constitutus aliud iniit, atque decidit eum tanquam bigamum reputandum, non propter Sacramenti defectum, cum saltem posterius matrim. irritum sit, sed ob intentionis affectum ad duo matrimonia, cum opere carnali subsecuto. Vere enim affectus est ad duo matrim. ineunda, & ex parte sua utrumque contraxit licet obstante ordine sacro posterius sit irritum. Cum ergo similis affectus cum opere subsecuto reperiatur in his duobus bigamiæ modis, idem in utroque dicendum est: atque ita sic contrahens erit in juris interpretatione bigamus, & irregularis. Atque ideo prorem modum, nempe, quando utrumque matr. est irritum, docent ex Theol. *Ricard. 4. d. 27. ar. 4. q. 3. ad 1. & ibi Palud. q. 4. ar. 2. n. 10. Suppl. Gabr. q. 3. ar. 1. ad fin. Sotus q. 3. ar. 1. col. 4. D. Ant. 3. p. t. 28. cap. 3. Petr. de Soto lect. 18. de matr. p. 4. ver. Hæc igitur. Led. 2. p. 4. q. 26. ar. 2.* ubi de irregul. *col. 3. Palac. 4. d. 27. disp. 4. col. 2. Angles Floribus 1. p.* ubi de matr. *q. 1. ar. ult. in princ. concl. 3. Toledo l. 1. sum. c. 26. n. 4. Bellarm. l. 1. de clericis c. 24. col. pen. in 2. specie. Valentia 4. p. disp. 7. q 19 punct. 3. in 1. specie irregul. Emm. Sa in sum. v. Irregularitas*, ubi de irregul. bigamiæ *n. 1. Petr. de*

DISPUTATIO LXXXIV.

Qualiter contrahatur irregularitas ex bigamia interpretativa:

Ledesm. de matr. q. 66. ar. 3. col. antep. Manuel. 1. tom. sum. 2. edit. cap. 158. n. 1. paulo ante 1. concl. Lud. Lop. 2. p. infr. ubi de irreg. c. 22. *in 1. specie irreg. Barth. a Led. de matr. dub. 73. col. 2. Vega 1. tom. sum. c. 38. casu 2. Llamas methodo curat. 1. p. cap. 12. Vega 1. tom. sum. c. 38. casu 2. Llamas methodo curat. 1. p. cap. 12.* & 3. Et ex Jurisperitis *Innoc. cap. Nuper, de big. in fin.* & *ibi* §. 3. Et ex Jurisperitis *Innoc. cap. Nuper, de big. in fin.* & *ibi Host. n. 4.* & *hic idem in sum. eod. t. n. 3. casu 4. Goffr. Sum. Host. n. 4.* & *hic idem in sum. eod. t. n. 3. casu 4. Goffr. Sum. eod. t. n. 1. Astens. 2. p. sum. l. 6. t. 7. ar. un. quæstiun. 2. Angel. eod. t. n. 1. Astens. 2. p. sum. l. 6. t. 7. ar. un. quæstiun. 2. Angel. verb. Bigamiæ, n. 7. Supplem. Pisanæ ibi, nu. 1. Silv. flatim in verb. Bigamiæ, n. 7. Supplem. Pisanæ ibi, nu. 1. Silv. flatim in princ. Tabien. q. 1. Armi. n. 1. Montagna de big. q. 4. num. 2.* & *princ. Tabien. q. 1. Armi. n. 1. Montagna de big. q. 4. num. 2.* & *Lex Regia 35. t. 5. p. 1. Aufreriut in decis. Capellę q. 6. n. 2. Lex Regia 35. t. 5. p. 1. Aufreriut in decis. Capellę q. 6. n. 2. Rot. Turrecr. c. Unius Tholosanæ, 235. n. 5. Nav. sum. cap. 27. n. 135. Turrecr. c. Unius Tholosanæ, 235. n. 5. Nav. sum. cap. 27. n. 135. Turrecr. c. Unius uxoris, n. 5. d. 26. Majolus l. 1. de irreg. cap. 33. n. 3. Humada uxoris, n. 5. d. 26. Majolus l. 1. de irreg. cap. 33. n. 3. Humada p. 1. t. 5. §. 5. supra glossa 33. n. 2. Unde non est fides habenda Enriq. l. 12. de matr. c. 6. nu. 9.* ubi hanc esse bigamiæ speciem negat, quod nec Sacramento vero defuerit significatio: cum nullum verum matrimonium intersuerit: nec in jure casus sit expressus. Sed dic satis esse ad hujusmodi bigamiam, ut affecta duo inita sint de facto matrimonia: & quantum est ex parte contrahentis, significatio Sacramenti deficiat. Cum irregularitas in hoc eventu non incurratur ob Sacramenti veri defectum, sed propter affectum cum opere subsecuto: ut dicitur *cap. Nuper, de bigamis.* Posteriorem autem modum, nimirum, quando alterum matrim. est validum, alterum autem irritum, sive simul, sive successive inita sint, docent ex Theologis *D. Th. 4. d. 22. q. 3. ar. 1. quæstiun. 1. corp.* & *ibi Durandus q. 4. n. 7. Majoris q. 6. paulo post prine. Viguer. lib. instit. c. 16. §. 7. versus. 14. Ricardus, Palud. Supplem. Gabr. D. Antonin. Sotus, Palacios col. 5. Angles d. ar. ult. in prin. Bellarmin. Sotus, Palacios col. 5. Angles d. ar. ult. in prin. Bellarmin. Sotus, Palacios col. 5. Angles d. ar. ult. in prin. Bellarmin. Valentia, Enriquez, Toledo, Petr. de Ledesm. Lud. Lop. Philiarcus, Manuel, Llamas, Vega proxime allegati. Celaja 4. d. 27. q. 4. flatim in prine. Vivaldus candelabro Sacram. 2. p.* ubi de irregul. bigamiæ, *nu.* 3. Et ex Jurisperitis *gloss. c. 2. de biga. verb. In bigamis. Speculat. tit. de dispens. §. Juxta num. 6. vers. Et scias. Goffr. summ. tit. de bigamis, n. 1.* & *ibi Host, n. 3. casu 4. Archidiac. cap. un. de bigam. in 6.* & *ibi Jo: And. num. 1. Anchar. num. 5. Domin. n. 5. idem Jo: Andr. c. Nuper, num. 3. de bigam.* & *ibi Anton. n. 8. Abbas n. 4 Card. ad fin. Anchar. n. 1. notab. 3. Bellamera q. 2. n. 5. Alberic. in suo diction. lit. B. verb. Bigam. Rebuff. de pacif. possess. n. 194. Villadiego de irreg. cap. 13. n. 2. Rosella verb. Bigamia, nu. 1. Astens. Angel. Suppl. Pisanæ, Silv. Armil. Tabien. Aufreriut, Montaigna, lex Reg. 31. Navar. Turrecrem. Majolus proxime allegati. Covarr. clem. Si furiosus, de homicid. 1. p. §. 2. n. 2. Borgas. de irreg. p. 5. tit. de bigamis, num. 23. Ant. Cucus lib. 4. instit. majorum t. 12. n. 160.* Quamvis aliqui ex his Doctoribus appellent bigamiam in hoc duplici casu similitudinariam, ut *Augus. Silvest. Majoris, Supplem. Gabr. Petr. de Ledes.* At communiter appellatur interpretativa.

4 Hinc deducitur, irregularem esse qui vera uxore nondum cognita, eaque superstite ad aliud de facto matrim. transit, illud consummans, si postea coactus ab Ecclesia redire ad legitimam uxorem, eam carnaliter cognoscat. Quod ex tunc verificetur hunc duo injisse ac consummasse matrimonia, alterum de jure, & alterum de facto. Ita *D. Thom. 4. d. 27. q. 3. ar. 1. qu. 2. ad 3. Astens. 2. par. sum. lib. 6. tit. 1. art. unic. quæstiunc. 2.*

5 Temperat autem *Enriq. l. 12. de matr. c. 6. n. 9. in comment. lit.* X. ut sit irregularis qui duplex matrim. init, nisi ubi semel matrim. irritum contraxit, cognita ejus nullitate ad aliud transeat. Ducitur, quod iterans Baptismum, quando prior fuit irritus, non sit irregularis. Sed hoc non credo, nec video qualiter cohærere possit cum posteriori casu, n. 3. proposito. Cum hic revera quantum est ex parte sui affectus duo matrimonia ineat. Neque est simile de Baptismo. Quia irregularitas non est inflicta propter irritationem Baptismi irriti, imo præceptum est illius iterandi. At bigamia incurritur ob solum affectum duo matrim. ineundi, cum opere subsecuto, ut n. 3. probavimus.

6 Alii autem temperant, irregularem esse dicentes, qui priori legitimo matrim. dissoluto, contrahit aliud de facto, id est, irritum, quando cunscius impedimenti irritantis, posterius inivit. Quare ignorans impedimentum, & putans se valide contrahere, minime incurreret hanc bigamiæ irregularitatem. Ducuntur, quod hic ad secundas nuptias tranieundo minime deliquerit, & ex parte altera fuerit irritum matrim. posterius, ac proinde nocere non debet, non enim præstat impedimentum, quod non sortitur effectum, *reg. Non præstat, de reg. juris, in 6.* Quod si dicas bigamiæ irregularitatem non indigere culpa ut incurratur. Retpondent id verum esse in aliis bigamiæ modis, qui ob Sacramenti defectum instituti sunt, secus in hac bigamiæ specie: quæ non ob significationis defectum, sed ob delictum incurritur, ut constat ex *c. Nuper, de bigamis*, ex quo hanc irregularitatem deduci probavimus, n. 2. ubi delictum ponderari videtur ad hanc incurrendam, principio textus, *vers. Unde illum*, & *vers. Sicut in canone*, ubi Innoc. III. author illius canonis duo argumenta de criminosis affert, ut inde deducat jure optimo irregularitate affici ineuntem de facto posterius matrimonium. Alterum est, jure civili notari infamia duas simul uxores ducentem, *l. Eum qui C. de adult.* Alterum vero, jure canonico *c. Presbyterum d.* 28. Presbyterum qui non legalibus nuptiis detinetur puniri. Ergo vere textus intelligitur, quando in posteriori matrimonio culpa adfuit. Et confirmatur, quia *Host. ex c. Nuper, n. 5. verb. In ipsis*, reddit rationem decisionis illius textus puniendis affectum. Quia in maleficiis voluntas spectatur, non exitus, *l. Diver. ff. ad l. Cornelium, de sicariis*. Hanc sent. sustinent *Archid. c. un. de big. in 6. n. 1.* & *c. Cognoscamus, n. 1. d. 34.* dicit sorte ita esse, & *Bellamer. c. Nuper, q. 2. n. 5. de bigamis*, Idem sustinet dicens sorte ita esse *Astens. 2. p. sum. lib. 6. tit. 7. ar. un. quæstiun. 2.* Et juxta hanc opinionem idem dicendum est de irregularitate contrahentis duo matrimonia irrita. Si enim ignoret utrumque esse irritum, illam non incurret. Quia deficit delictum, & ex altera parte tuit utrumque matrim. nullum, & ideo nullo pacto præstabit impedimentum aliquod ad ordines. Constat etiam, quoniam hic casus similiter deducitur ex *d. c. Nuper*, sicut & quando alterum matrim. fuit irritum, & alterum validum (ut n. 2. probatum reliqui) Ergo eodem modo uterque casus intelligendus est, quando adest delictum. Item potest probari hæc limitatio. Quia *eod. c. Nuper*, expresse dicitur in eo casu non incurri bigamiam, & irregularitatem ob defectum Sacramenti, quando saltem alterum matr. est irritum: nulla enim ibi deest Sacramenti significatio, cum matr. irritum non sit aptum ad significandam conjunctionem Christi cum Ecclesia: sicut nec concubinatus, & ideo ab illa nequit deficere: validum vero, cum sit unicum, non deficit: sed dicitur ibi incurri hanc irregularitatem, propter affectum duplicis matr. ineundi. Cum ergo non incurratur defectu significationis, incurretur ob solum delictum. Non enim datur alius modus incurrendi, nisi ob delictum, vel ob significationis defectum. Item quia irregularitas similitudinaria, quia contrahit clericus in sacris constitutus ducens uxorem, oritur ex delicto (ut probabo disp. seq. n. 10.) eo quod matr. duplex vere non concurrat, nec vera divisio carnis in plures per copulam matrimonialem, quod bigamia producens irregularit. defectu significationis postulat. Sed est duplex similitudinarium matr. (ut disp. seq. n. 3. explicabimus) At re vera non est duplex matr. in nostro casu, nec dividitur caro in plures per matr. aliquod verum'. Non ergo oritur inde irregularitas ex significatione, sed ex solo delicto. Si autem alterum norit esse irritum, quamvis crederet alterum esse validum: vel utrumque norit esse irritum, incurret hanc irregularitatem. Quia in utroque casu invenitur affectus ad duplex matr. cum opere subsecuto. Nec desideratur delictum in utroque, ut constat: quando enim contrahitur alterum irritum scienter, & alterum validum, sive hoc sive illud præcedat, incurritur hæc irregularitas (ut diximus nu. 3.) & fatetur etiam DD. hujus limitationis. Et tamen in solo altero matrimonio delinquitur. Aliis vero limitatio dicta displicet, & censent irregularitatem hanc contrahi, sive posterius matr. de facto inens sciat, sive ignoret id esse irritum. Quia textus *d. c. Nuper*, non ponderat affectum delinquendi, sed affectum duplicis matrimonii ineundi, eo sobsecuto de facto, & consummato cum ad bigamiam delictum minime desideretur. Neque obstat textum *d. c. Nuper*, argumentis ex duplici delicto petitis usum fuisse ad demonstrandam hujus bigamiæ justitiam. Ea ensm non inducit ad probandum illam ex delicto contrahi, sed ad ostendendum non esse novum in jure, affectum effectu carentem puniri. Et ideo hanc sententiam sustinet *Jo: Andr. c. un. n. 1. super gloss. 3. de big. in 7.* & *ibi Anch. n. 5. Domin. n. 5. vers. In ea gl. ibi Franc. ibi n. 4. Idem Jo: Andr. d. c. Nuper, n. 3.* & *ibi Ant. n. 8. Card. ad fi. Abbas n. 4. Anch. n. 1. notab. 3. Henric. n. 23. Angel. v. Bigamiæ. nu. 9.* & *ibi Silv. q. 7. Montaigna de big q. 6. n. 4* Et quamvis utraque opinio sit satis probabilis, & hæc sit communior: prima tamen magis mihi placet. Quia fortioribus inititur fundamentis.

7 Tertius modus bigamiæ interpretativæ est, quando quis unicum matrimonium cum vidua contractum, dummodo sit a priori viro cognita, aut cum corrupta per coitum illicitum consummat. Hic modus habetur *cap. 1.* & *c. Debitum, de bigamis*, & *c. unic. de cler. conjug. in 6. cap. Curandum, d. 34.* quod est ex Hilario Papa in Synodo Romana *cap. 2.* & *cap. Præcipimus, eadem d.* quod est ex D. Gregor. in *epist. lib. 2. epist. 25.* & *cap. fin. eadem d.* quod est ex Gelas. Papa, & *c. Si quis viduam, el. 1. eadem d.* quod est ex Innoc. Papa, *epist. 2. cap. 5.* & *cap. Si quis viduam, el. 2. ead. d.* quod est ex *can. 18. Apost.* & *cap. Si quis viduam, 50. d.* quod est ex Concilio Martini Papæ, *cap. 26.* & *cap. fin. d. 51.* quod est ex Concilio Tolet. IV. *c. 18.* & *c. Qualis, 30. q. 5.* quod est ex Leone Papa, & *c. Nemo*, quod est ex Synodo Meldensi, *d. 32.* & *c. Matrimonium d. 33.* quod est ex D. Greg. Papa. Hujus autem irregularitatis ratio est tradita n. 1. Qualis autem debeat esse hæc corruptio, dixi disp. præc. n. 7.

8 Utrum autem excutet ab hac irregularitate, contrahentem existimasse eam, quam duxit esse virginem, cum tamen sit corrupta: vel eam omnino violenter cognitam esse, dicam hæc eadem disp. n. 15. Non contrahetur tamen hæc irregularitas, si quispiam virginem ducat', existimans eam esse corruptam. Quia censuræ nunquam incurruntur ob solam intentionem, decidentem facto. Ut excommunicatus non est, credens se percutere clericum, cum laicum percutiat: nec est irregularis enecans feram, putans esse hominem. Et *l. Eum qui §. Iniuriam, ff. de iniur.* habetur verberantem Sejum, cum crederet Titium teneri actione injuriarum, non illi: quem intendit, sed quem verberavit. Et ita docent *Borgasius de irreg. p. 5. tit. de big. num. 12. Ant. Cuc. lib. 4. instit. major. t. 12. n. 176.* Sed fortiter videtur contra hoc esse ratio tradita *cap. Nuper, in fine, de bigamia*, ubi ponderatur affectus duplicis matr. ineundi ad hanc irregularitatem, quamvis caruerit effectu. Quia aut utrumque aut saltem alterum est irritum (ut dixi n. 3.) Sed respondeo, ibi cum affectu concurrisse factum; nam revera duplex ille contraxit de facto matrimonium, quamvis aliunde irritum fuerit. At in nostro casu non intervenit factum cum effectu; credebat enim ille se corruptam ducere, at de facto ipsam non duxit, sed virginem.

9 Rogabis tamen, cur matrimonium unicum corrupti cum virgine non reddat hunc irregularem: cum tamen id efficiat, quando semina est corrupta? Nam potior urget ratio in priori eventu. Quod vere vir ille carnem suam divisertit in plures, nimirum, in uxorem, cum qua consummat, & in seminam prius fornicarie cognitam, Quod non contingit in posteriori casu: sed ficte & interpretative dicitur carnem suam in plures divisisse (ut n. 1. explicui) Adde in utroque casu deficere significationem matrimonii Christi cum Ecclesia, in quo uterque corruptus est. Difficilis est assignatu ratio: & ideo defatigantur Auctores in ea quærenda. Et *glossa communiter recepta a juris Pontif. professoribus, c. debitum, verb. Cognitam, de bigam.* varias rationes assignat. Quas tamen elegantissime confutans *D. Thom. 4. d. 27. qu. 3. ar. 1. quæstiun. 3.* hanc veram rationem tradit, communiterque a Theologis recipitur, & a nonnullis Jurisperitis. Quippe consensus matrim. ineuntis non cadit supra seipsum, sed fertur in alterum conjugem: atque ita ipsemet contrahens est quasi terminus, a quo, is autem, cum quo contrahit, est quasi terminus, ad quem fertur alterius conjugis consensus. At nullus actus fortitur speciem a termino, a quo; sed a termino, ad quem. Vitium ergo corruptionis ipsius viri, qui est terminus, a quo, respectu sui matrim. non debet ipsi nocere, ut irregularis efficiatur, sed vitium corruptionis in termino, ad quem. Atque subinde si ipsa femina irregularitatis capax esset, efficeretur utique irregularis propter viri corruptionem: sicut vir talis efficitur ducens corruptam. Sed adversus hanc rationem fortissime insurgit *Bellarm. l. 1. de Cleric. cap. 24. ad fin.* nam duo consummans matrimonia' legitima cum duplici uxore virgine, est vere bigamus & irregularis. Cum tamen in termino, ad quem, non fit vitium, sed in ipsomet viro ad duplices nuptias transeunti. Et ideo concludit, hunc ducentem corruptam non esse irregularem irregularitate bigamiæ, sed quod ita statuerit Ecclesia ob dignitatem ordinum. Cum nulla differentiæ ratio possit assignari. Item, quia *c. si quis viduam, el. 2. 34. d.* ubi prohibetur, Sacerdotem fieri, qui duxit fornicariam, similiter prohibetur, ducentem ancillam, aut comœdiarum actricem. Ubi nullum locum habet bigamia, sed sola infamia. Sed a communi omnium sent. recedendum non est. Omnes enim alii, & Theologi, & Jurisperiti, quos n. 3. retuli, hanc irregularitatem inter bigamiæ interpretativæ modos numerant. Et ratio assignata a D. Thoma differentiæ, petita ex similitudine actuum naturalium, qui speciem a termino, ad quem, fortiuntur, est optima congruentia: quamvis non omnino convincat: ut in ceteris rebus moralibus evenit. Nec obstat prior ratio Bellarmini. Quia consummatus duplex matr. non efficitur irregularis propter vitium matr. initi, sed ob ipsius multiplicitatem: ac proinde non spectatur, an vitium sit a termino, a quo, vel ad quem, ex quo actus speciem sumit. At quando est unicum matrim. cum corrupta: consurgit irregularitas ex ipsius matr. vitio: ac proinde jure optimo petitur, ut id vitium consurgat ex termino, ad quem. Neque obstat etiam posterior ejus ratio. Quod in eodem textu plures irregularitates fanciri ex diversis causis nihil obster.

10 Triplex autem difficultas breviter discurrienda insurgit circa hunc bigamiæ interpretativæ modum. Est, utrum hanc irregularitatem incurrat ducens uxorem viduam, vel fornicariæ cognitam, invalide tamen propter aliquod impedimentum? Et sermo est de eo, qui nec professus, nec in sacris constitutus est (de hoc enim est habendus sermo disp. seq.) Plerique affirmant hunc irregularem esse, ducti per *cap. fin. de bigam.* ubi redditur ratio, cur in sacris constitutus contrahens unicum matrim. irritum ob ordinis impedimentum sit bigamus & irregularis: eo quod habuerit affectum contrahendi cum opere subsecuto. Quæ ratio militat in præsenti eventu: hic enim habuit affectum contrahendi cum corrupta, & de facto quantum est ex parte sua cum illa contraxit. Hanc partem sustinent *Ricar. 4. d. 27. ar. 4. q. 3. corp.* & *ad 1.* & *ibi Palud. q. 4. ar. 4. n. 28.* & *d. 38. q. 3. ar. 5. concl. 2. fine n. 34. Goffred. sum. tit. de bigam. n. 10.* & *ibi Host. n. 3. casu 4. Alberic. in suo diction. lit. B. v. Bigam. in fine Astensis sum. 2. p. lib. 6. tit. 7. ar. un. quæstiun. 2. Montaigna de big. q. 6. n. 2. vers. 4. Covar. clem. Si furiosus, de homicid. 1. p. §. 2. nu. 2. vers. 2.* & *3.* dicens esse communem sententiam, decisio quædam Rotæ a Nav. n. seq. allegando citata.

11 At verius est non incurri irregularitatem in hoc casu, quod nullo jure id caveatur: & ita succedit regula, *Non præstat, de reg. juris, in 6.* ubi traditur generaliter, minime præstare impedimentum, quod de jure non fortitur effectum. Item quia quamvis ratio reddita *c. Nuper, de bigamis*, & *cap. fin. eod. tit.* videatur hunc casum amplecti (ut probavi contraria sent n. præc. relata) at minime amplectitur, quod ibi sit sermo de clerico in sacris constituto, qui vel ante ordines aliud matrim. iniit, vel post ordines ducit viduam: & illa ratio, quod habuerit affectum contrahendi opere subsecuto, non est integra ratio, sed in ea suppleri debet, cum jam aliud ma-

trim. contraxisset sive verum ante ordinem, sive similitudinarium per votum solemne ordini sacro annexum. Unde nil refert ad eam irregularitatem, sive viduam sive virginem duxerit (ut dicemus disp. seq. n. 5. Et ideo hujus sent. sunt *Navar.* dicens sic nuper in sacra Pœnitentiaria decisum fuisse, *in sum. Lat. c. 27. n. 195.* & *l. 1. cons. in utraque edit. t. De bigamis, toto consil. 1. Valentia 4. p. disp. 7. q. 19. punct. 3. in 1. specie irregularitatis. Enriq. l. 12. de matr. cap. 6. n. 9. fin.* & *in comment. lit. T. Farinac. in sua præs. t. De inquisit. q. 8. n. 8. in fin. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. cap. 158. n. 5. concl. 4. Philiar. de offic. Sacerd. tom. 1. p. 1. l. 4. c. 6. Lud. Lop. 2. p. infrucl.* ubi de irreg. c. 22. in 1. *specie irreg.* Et videtur censere esse probabilem *Emman. Sa sum. verb. Irregularitas*, ubi de irreg. ex bigamia, *n. 2.* ubi relata utraque sententia neutram definit.

II. Difficultas est, an si illud. unicum matr. cum vidua, vel corrupta, sit validum juxta Ecclesiæ præsumptionem, quamvis in foro conscientiæ non sit tale, incurratur hæc irregularitas. Ut si consensus fuit fictus, vel ante Trid. adsuit copula animo fornicario habita post sponsalia. Affirmant aliqui, propter rationes adductas disp. præc. n. 6. Sic docent *Palud. 4. d. 27. q. 4. ar. 3. n. 20. ar. 4. n. 29. Supp. Gab. ibi q. 3. a. 4. dub. 2. Tabiena verb. Bigamia, q. 5. fine.* Et id in utroque foro verum esse affirmant *Palud.* & *Supplem. Gabr. ibi.* Sed probabilius est non incurri. Quia cum id matrimonium sit irritum, dicendum est quod diximus n. præc. Quare si id vitium corruptionis feminæ occultum esset, aut id matrim. ita ut sine scandalo posset ille ad ordines promoveri non indigeret dispensatione (ut in simili dixi disp. præced. n. 6. ubi contrariæ rationi satisfeci) Ita tradunt *Enriquez l. 12. de matrim. c. 6. n. 9. in comment. lit. T. Vivald. candel. sacram. 2. par.* ubi de irregul. bigam. *num.* 8. 12

III. Difficultas est, an ducens feminam a se solo defloratam efficiatur irregularis? Duplex est sent. Prior affirmat, ducitur ex *c. Qualis, 30. qu. 5.* quod est ex Leone Papa, ubi de sponsa habenda, ne quispiam bigamus efficiatur, sic dicitur: *Qualis debeat uxor esse, quæ habenda est secundum legem, virgo, casta* & *desponsata in virginitate.* Et *c. un. de cleric. conjug. in 6.* ibi: *Qui cum uxoris* & *virginibus contraxerunt*, ubi clare petitur virginitas uxoris tempore initi matrimonii: quæ tunc in hac defuit. 2. quia per id matr. non possunt significari nuptiæ inter Christum & Ecclesiam: cum revera adsit corruptio tempore consensus & consummationis matrimon. nec potest dici matr. hoc retrotrahi, ac fingi initum tempore, quo defiorata est uxor, ac proinde fictione juris ductam esse virginem. Quia id statutum est *c. Tanta, qui filii sint legitimi*, favore legitimationis prolis ante matr. conceptæ: quem defectum jus supplere potuit. At defectum significationis in hoc matr. inventum supplere nequit. 3. quia eadem res nequit contraria operari. At matr. efficit, ut ducens corruptam sit bigamus. Ergo nequit efficere ut ducens corruptam a se, non sit bigamus. Et ideo hanc partem sustinent *gloss. cap. Maritum, v. Concubinam, d. 33.* & *c. Nemo, in fin. d. 32. Host. sum. tit. de bigam. post arborem big. q. 6.* & *c. 2. nun. 2. v. Virginem, de cler. conjug.* ubi *Jo: Andr. ad fin. Innol. n. fin. Anchar. n. ult.* & *cap. un. n. 5. q. 1. eod. t. in 6.* & *ibi Archid. flat. in prine. Asten. sum. 2. p. l. 6. t. 7. ar. un. q. 2.* 13

Posterior sent. (cui adhæreo) ait hunc non esse bigamum nec irregularem. Prob. quia irregularitas ducentis corruptam ideo contrahitur, quod cum femina cum qua vir efficitur una caro, divisierit carnem suam in plures, cecitatem etiam virum divisisse ex juris interpratione (ut diximus num. 1.) quod hic nullatenus reperitur. Uxor enim non divisit carnem suam in plures: cum ab uno solo cognita fuerit. Præterea, quia matrimonium illud retrotrahitur purgans præcedens vitium, *cap. Tanta, qui filii sint legit.* atque ita perinde est, ac si a principio, quando ipsam virginem desloravit, duxisset. Et arg. contraria non obstant. Non 1. quia ii textus petunt virginitatem in uxore tempore initi matr. ad hunc sensum, ut ea non sit ab alio corrupta. Adde retrotrahi matrim. Non 2. quia falso supponit ibi reperiri defectum significationis. Non 3. quia matrimon. non est per se causa bigamiæ, sed id matrimonium, ex quo consurgit defectus significationis: & eo casu quo bigamiam inducit, non potest operari contrarium. Et ideo hanc sentent. tuentur, ex Theologis *D. Thom. 4. d. 27. q. 3. ar. 1. quæstiun. 3. ad 2. Ricar. ibi art. 4. qu. 1. corp. Palud. q. 4. ar. 2. num. 10. Majoris q. 6. col. 2. vers. Et ex illo. Suppl. Gab. q. 3. ar. 2. ad fin. Sot. q. 3. ar. 1. col. pen. in fine 4. concl. Palac. disp. 4. col. 2. Celaja 4. ad fin. D. Ant. 3. p. t. 28. cap. 3. Petr. de Soto lect. 18. de matr. pag. 4. vers. Hæc igitur, in fin. Ledes. 2. p. 4. q. 26. ar. 2.* ubi de irreg. *col. 2. fol. 263. Toledo l. 1. sum. c. 26. nu. 5. Petr. de Led. de matrim. q. 66. art. 3. col. 7. post 6. concl. vers. Sed circa hoc. Enriq. l. 12. de matrim. cap. 6. num. 10. Valentia 4. p. disp. 7. q. 19. punct. 3. in 1. specie irregular. col 1. Emm. Sa summ. v. Irregularitas*, ubi de bigamia, *num. 2. Pdliarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. l. 4. cap. 7. Lud. Lop. 2. infr.* ubi de irregul. cap. 21. *in 1. specie irregularitatis. Barth. a Ledesma de matrim. dub. 73. fin. Manuel 1. tom. summ. 1. edit. cap. 158. num. 3. conc. 2. fin. Vivald. cande. sacram. 2. par.* ubi de irregul. bigamiæ, *n. 4. Vega 1. tom. sum. cap. 38. casu ult. Llamas methodo curat. 1. p. cap. 12.* §. Et ex Jurisperitis *gloss. cap. Debitum, in fin. de bigam.* & *cap. Qualis, verb. Desponsata, 30. qu. 5.* & *cap. un. v. Contraxerunt, de cleric. conjug. in 6.* & *cap. 2. de cler. conjug. in fin.* ubi *Ant. ad fin. Abbas n. 4. idem cap. Tanta, num. 16. qui*

filiis sint legit. & *d. c. Debitum*, *n.*10. *Jo: Andr. d. cap. Tanta*, *n.*3. *in fi. idem Abbas d. c. Debitum*, *n.pen. Card. d. c.*2.*q.*3. *Franc. cap.un.in princ.num.*2. & *ibi Domin.in princ.n.*6.*de cler.conju.in* 6. *idem Domin. c. Nemo*, *in fin.d.*32. & *ibi Archid. n. un. Turrecr. ibi ar.*2.*num.*2. & dicit esse celebriorem *Goffred.sum.t. de bigam. nu.*5. Eam etiam tenent *Alber. in suo diction. lit.B.verb.Bigam.Monald. summ.* ubi de irreg. propter bigamiam, *col.*2. *vers. Item si aliquis*. *Jo: de Friburgo in summ. confess. l.*3.*t.*3.*q.*5. *Alb. Trotius l.*2. *de vero* & *perfecto cleric. ar.*11. *num.*3. *Rosella ver. Bigam. n.*3. & *ibi Suppl. Pisanæ*, *n.*2. *Angel.num.*5.*Silv. in princ. Armilla nu.* 6. *Tab. q.* 3. *Montaigna de bigam. q.*6. *num.* 4. & 5. *Villadiego de irreg. c.*13.*num.*21. *lex Reg.* 35. *t.*5.*par.*1. & *ibi Greg. Lop. verb. El mismo*. *Nav. sum. cap.*27. *n.*165.*Covar. Clem. si furiosus*, *de hom.* 1.*p.* §.2. *n.*2.*fi. Ant. Gomez* 3. *var. cap.*10. *num.* 4. *Borgas. de irreg. p.*5.*tit. de bigam. n.*47. *Ant.Cuc. lib.*4. *instit. major. tit.* 12.*nu.*177. *Majol. l.*1. *de irreg. cap.*33.*num.*5. *Farin. in sua pract. t. De inquisitione*, *q.* 8. *n.*8. *Lancelot. instit. juris canon. l.*1. *tit. Qui promoveri non possunt*, §. *Item repellendi sunt*, *verb. In plures*. *Zavall. in suis pract. q.* 556. *n. un.*

15 Ultimus bigamiæ interpretativæ modus est, quam incurrit ducens virginem, si postquam adulterata est, illam carnaliter cognoscat. Hic casus habetur expresse, *c. Si cujus d.* 34. quod est ex *Conc. Neocesariensi*, *c.*8. cujus rationem reddidi n.1. Hunc casum quidam intelligunt, quando vir sciens & prudens adulteram cognoscit, secus ignarus adulterii. Ducuntur, quia licet officii lege coactus hominem enecans sit irregularis, ut judex, at secus est de omnino ignorante, 2. quia cum homo non quatenus sensualis est, sed quatenus rationalis incurrat irregularitatem: necesse est, ut actiones illæ, ob quas irregularitatem contrahit sint rationales, idest, ex judicio rationis profectæ, ac proinde voluntariæ, quod aufert ignorantia. Et conf. quia significatio hominis, ut homo est, procedit ex ratione & arbitrio, quæ desunt, existente ignorantia. Sic docere videntur *Gloss. cap. de big. v. In bigamis*, *Rebuff. de pacif. poss. nu.*194. *Lex reg. t.*5.*p.*1. ubi proponentes hunc casum dicunt, quando scienter cognoscit uxorem adulteram maritus, incurri hanc irregularitatem. Et *Greg. Lop. l.*35.*v. Quæ ver.* dicit hanc sent. esse æquiorem. Et tenent expresse *Emm. Sa sum. verb. Irregularitas*, ubi de bigamia, *n.*3. & *Petr. de Led. de matr. q.*66. *a.*3.*col. penul.* Et in quodam simili, nempe, quando quis ducit corruptam, putans eam virginem, docent hunc excusari ab irregularitate, *Petr. de Led. ibi Emman. Sa n.* 3. & fortasse ita esse tradit *Ant.Cuc. l.*4. *instit. majorum*, *t.*12. *n.* 175. nisi cognita ejus corruptione, eam postea cognoscat. Alii vero sentiunt, cognoscentem ignoranter uxorem adulteram repelli ab ordinibus suscipiendis, non vero a receptorum executione. Sic *Præpos. d. c. Si cujus*. *Bern. Diaz practica can. in nova ed. c.*16.*ad fin. Anto. Cuc. l.*4. *inst. major. t.*12. *n.*164. Sed tenendum est, contrahi hanc irregularitatem, ex quacumque adulterii ignorantia cognoscatur uxor. Quod hic non agatur de vitio promovendi ad ordines, ad quod desideratur scientia: sed de significationis defectu, quem potest pati ignorans. Et lex promotionis factum requirit, non voluntatem, *c. ult.* 15. *q.*1. Nec obstant argum. contraria. Non 1. quia longe alia ratio est de irregularitate ex occisione justa consurgente, & de hac. Quod illa oriatur ex defectu perfectæ lenitatis, qui nullatenus invenitur in ignaro occisionis. Hæc autem ex defectu significationis Sacramenti, qui æque invenitur, sive scientia sive ignorantia adsit, Non obstat etiam 2. cum sua confir. quia satis est copula illa sit voluntaria, & ex arbitrio procedat, ac proinde sit actus humanus: quamvis ignoretur corruptio, vel adulterium uxoris. Et ideo ista sustinent ex Theologis *Ricar.*4.*d.*27. *ar.*4.*q.*1. *c. r.* & *ibi Majoris q.*6. *paulo post princ. corol.*4. & 1. *argum. contra* 1. *concl. Suppl. Gabr. qu.*3.*ar.*1.*vers. Secundo contrahitur*. *Palud. q.*4. *ar.*2.*num.*11. & *d.*35.*q.*1.*ar.*4.*num.*27.*Abul. cap.*17.*Matth. qu.* 72. *ad* 4. *Sotus* 4. *d.*27. *q.*3. *ar.*1.*col. pen. concl.*4.*Pet. de Soto l.*18.*de matrim. pag.*4. *vers. Hæc igitur*. *Ledesm.* 2. *p.* 4. *qu.* 26.*ar.*2. ubi de irregul. *col.* 2. *fol.* 363.*Castro l.* 2. *de lege pæn. c.*14. *corol.*2. quod infert ex 1. *concl. Angl. Florib.* 1. *par.* ubi de matrim. *q.*1.*ar. ult. in princ. Toledo l.* 1. *sum. casu* 26.*num.*6. *Philiar. de offic. sacerdot. t.*1.*p.*1. *l.*4.*cap.*7.*Enriq. lib.*12. *de matr. cap.*6. *n.*10.*Manuel* 1.*tom. sum.*2.*edit. c.*158.*conc.*3.*num.*4.*Viva cand. sacram.*2.*p.* ubi de irreg. *big. num.*5.*Lud. Lop.* 1.*p. instr. cap.*83.*col. antep. v. Ingressurus*, & 2. *p.* ubi de irreg. *cap.*22. *in prima specie*. *Palacios* 4. *d.*27. *disp.*4. *col.*4.*Bart. a Led. de matr. dub.*73. *col.*2. Et ex Jurisperitis, *Goffr. sum. t. De bigamis*, *num.*8. & *ibi Host num.*3 *Jo: And. cap.*2.*nu.*7. *eod. tit. Ant. num.*11.*Card. q.*1. *Abb. n.*8 *Bellam. q.*7.*n.*6.*Henri. cap.* 1. *eod. tom. n.*16.*Idem Abb. cap. Si vir*, *n.*2. *de adult.* & *ibi Ananias n.* 2. *idem Card. Clem. ex eo*, *n.*4. *oppos.* 1. *de sent. excom. Alber. in suo diction. lit. B. v. Bigam. Felin. cap. Jus generale*, *d.*1.*col.*6. *vers. Maritus adulteræ*. *Guil. Benedict cap. Raynutius*, *de testam. v. Cuidam Petro*, *num.*92.*Astens. sum.*2.*p. l.*6.*t.*7.*ar. un. quæstiun.*2. *Turrec. cap. Si cuivis*, *ar.*2. *num.*2. & 3. *d.*34.*Montaigna de bigam. qu* 6.*num.*6. *Suppl. Pisanæ v. Bigamia*, *num.*1.*Angelus n.*2. *Silv. in princ. Armil. num.*2.*Decisio Capellæ Thol.*220. *fin.* & *ibi Aufrerius num.*1.2.3.*dec.*235.*num.*4. & *decis.*256. *num.*1. *Albert. Trocius l.*2. *de vero* & *perfecto clerico*, *c.*11. *num.*2.*Tabien. v. Bigam. qu.*3. *Villadiego de irreg. cap.*13.*num.*1.*Nav. summ. cap.*16.*n.*27. & *c.*27. *num.*195.*Cov. Clem. Si furiosus*, *de homic* 1 *p.* §.2. *num.*3. *vers.* 4. *Greg. Lop. l.*35 *verb. Quæ ver. t.*5.*p.*1.*Jul. Clar. lib.*5. *recep.* §. *fin. in pract. crim. quæst.*36.*num.*10.*Majolus lib.*1 *de irreg. cap.*33. *num.*6. *Borgasius de irreg. p.*5.*tit. de bigamis*, *num.*49.*Matienzo l.*5.*recop. tit.*2.*rubr. glos.*1.*num.*102.*Guttier. q. canon. l.*1 *cap.*25. *nu.*15.*Bursat. cons.*218.*num.*5.*Cenedo collect. ad Decret.*166.*nu. ult. Calzedo super pract. Bern. Diaz c.*16.*ver. Sive ignoranter*. Et in alio, quod omnino est simile, docent idem asserentes ducentem corruptam, quam credebat esse virginem, fieri bigamum, & irregularem, ex Theol. *D. Th.*4.*d.*27 *q.*3.*ar.*1.*q.*3.*ad* 3. & *ibi Palud. qu.*4. *ar.*2. *num.*10. *Suppl. Gabr. q.*3.*ar.*1. *vers. Bigam. interpretat. Ricard. D. Anto. Majoris*, *Palac. Barth. a Led. proxime allegati*. *Sotus* 4. *d.*27. *q.*3. *ar.* 1. *col.*3. *vers. Quintus ergo*, & *col.*5. *in* 4. *conc. Ledesm.*2. *p* 4.*qu.*26.*ar.*2. ubi de irreg. *col.*3. *fol.*363.*Angles Floribus* 1. *p.* ubi de matrim. *q.*1. *ar. ult. in princ.* Et ex Jurisperitis, *Glos. cap. Nemo*, *v. Virgo*, *d.* 32. *Host. sum. tit. de bigam. post arborem bigamiæ*, *q.*7. & *ibi Goffred. num.*6.*Glos. cap. un. ver. Virginibus*, *de cleric. conju. in* 6. & *ibi Archid. statim in prin. Anch. num.*1.*Domin. in prin. num.*6.*Francus in prin. num.*2.*Jo: And. cap.*2.*num.*7.*de bigam.* & *ibi Card. q.*1.*Abb. num.*8. *Bellam. q.*5.*nu.*10.*fin. Turrec. cap. Nemo*, *ar* 1.*num.*1. *Alber. Astens. Paul. Borgasius nuper relati*. *Rose. v. Bigam. num.*4. & *ibi Supp. Pisan. nu.*3.*Ang. num.*4. *Silv. in prin.* & *q.*3.*Rebuff. de pacificis possessorib. nu.*164. *Montaig. de bigam. q.*6.*n.*5.*Aufrerius dec. Tholos.*235. *n.*4. & 256. *n.*2.*Covar. clem. Si furiosus*, 1.*p.*§.2.*n.*2.*vers.*3.*Majol. l.*1.*de irreg. cap.*33. *n.*4.*Humada p.*1.*tit.*5.*lib.*5.*super gl.* 33.*nu.*2. Limitat autem *Bern. Diaz in sua pract. in nova edit. c.* 16. *ad fin.* ut si irregularis vir cognoscens adulteram, possit probare adulterium. Quia, *c. Si cujus d.*44. ubi hæc statuitur irregularitas, petitur, ut uxoris adulterium sit evidenter probatum. Sed dicendum est cum *Castro l.* 2. *de lege pæn. c.*14. *corro.*2. quod infert ex 1. *conc.* hanc facti evidentiam ad hoc solum ibi peti, ut si vir tentaret sacros ordines recipere, juste posset repelli in foro externo, non autem ut vir ipse sit irregularis. Unde optime *Nav. sum. c.*16.*n.*17. ait quoad forum conscientiæ nil referre, possit vir probare adulterium, necne. Tandem idem dicendum est, quamvis femina sit vi præcisa cognita, illa enim ducens, aut jam ductam virginem cognoscens post id adulterium violentum efficitur irregularis, & bigamus. Quia vis illa præcisa excusat feminam a culpa: at non efficit matrim. illud esse aptum ad significandam conjunctionem Christi cum Ecclesia. Atque ita docent *gl. cap. Nemo*, *verb. Virgo*, *d.*32. & *ibi Turr. ar.*1.*n.*1.*Montai. de big. q.*6.*n.*5.*Enriq. l.*12. *de matr. cap.*6. *n.*10. *Majo. l.* 1. *de irreg. cap.* 33. *n.* 6. *Palac* 4. *d.*27.*disp.*4.*col.*4. *Vivald. cand. Sacram.* 2. *p.* ubi de irreg. bigam. n. 7.

Tandem dubitatur, an maritus cognoscens uxorem adulteram, Ecclesia præcipiente, vel eo quod lis pendeat, vel quia nequit adulterium probare, incurrat hanc irregularitatem? quidam negant. Quia injuste puniretur ob actum, ad quem tenetur, contra *c. Nabuchodonosor* 23. *q.*4. Secundo, quia alias eodem actu mereretur vir & demereretur: ac dignus esset præmio ac pœna: contra *cap. Sciendum*, 8. *q.* 1. & eadem res contrarios haberet effectus, contra *l. Qui hominem*, §. *ult. ff. solut. matr.* Tandem, quia vir tunc non sibi præjudicat, quin possit accusare uxorem de adulterio, eo quod potius dicatur cognosci, quam cognoscere uxorem. Ergo nec sibi præjudicabit ad irregularitatem incurrendum. Et ita sustinent *Innoc. c. Inquisitioni*, *n.*1. *de sent. excom.* & *ibi Jo: And. n.*3. *Ant. nu.*12. *Anch. n.*3. & ita affirmari posse dicit *gl. fin. cap. Si cujus*, *d.* 34. & dicit esse probabile *Palacios* 4. *d.* 27. *disp.* 4. *col* 4. 16

Ceterum dicendum est, hunc incurrere irregularitatem. 17 Idque probatur iisdem rationibus, quibus nu. 15. probavimus eum incurrere, quando ignarus adulterii cognoscit uxorem: & ideo hanc partem tenent ex Theolog. *D. Th.*4. *d.*27.*q.*3.*ar.*1. *quæstiun.*3.*ad* 4. & *ibi Palud. q.*4.*ar.*2. *num.*11.*Suppl. Gab. q.*3.*ar.*1. *vers. Secundo contrahitur*. *Durand.*4.*d.*35.*q.*1.*ar.*2.*n.*7.*Abul. c.*19. *Matt. qu.*72.*ad* 4.*Castro l.*2.*de leg. pæn. cap.*4. *duplici pag. ante fin.* *Sot.*4. *d.*27. *q.*3.*ar.*1.*col. pen. concl.*5.*Veracr.*3. *Specul. ar.* 5. *concl.* 4. *D. Ant.*3. *p. t.*28.*cap.*3.*Enriq. l.*2.*de matr. c.*6. *n.*6.*Petr. de Ledesm. de matr. d.*66.*ar.*3.*col. pen. Lud. Lop.* 1. *p. instr. cap.* 83. *ad antepen. vers. Ingressurus*, & 2. *p.* ubi de irreg. *cap.*22. *in* 1. *specie irregularitatis*. *Manuel* 1. *tom. sum.* 2. *edit. cap.*158. *num.*4. *concl.* 3. *Vivald. candel. sacram.* 2. *p.* ubi de irreg. bigam. *n.*6. Et ex Jurisperitis *Gloss. c. Si cujus in fin.* 34.*d.* ait ita probabiliter dici posse, & tenent *Host. cap. Inquisitione*, *statim in princ. de sent. excomm. Card. ibi n. un. vers. Quid si reddit ad præceptum Henric. c.* 1. *num.*18.*de bigam.* & *c. Significasti*, *n.*10. *de divort.* & *c. fin. nu.*5. *de adult. Idem Host. sum. t. de bigam. post arborem bigam. qu.*6. & *ibi Goffr. n.*9. *Alberic. in diction. lit. B. verb. bigam.* & *lit. M. verb. Matrim.*8. *vers. Quid si aliquis*. *Dom. d. c. Si cujus*. *q. penul.* & *ibi Turrecr. ar.*1. *num.* 5. *Montai. de bigam. qu.* 6. *num.* 6. *Aufrerius decis. Capellæ Tholos.*235. *num.*4. & 256. *num.*1.*Bernard. Diaz in pract. can. in nova edit. c.*16. *fin.* & *ibi Salzedo in addit. fin. Alber. Trotius de vero* & *perfecto cleric. c.*11.*num.*2.*Rosel. verb. bigam. num.*6. & *ibi Suppl. Pisanæ*, *n.* 5.*Angel. num.*2.*Silv. statim in prin. Armil. num.*2.*Tabien. qu.*3.*Navar. summ. cap.*16.*nu.*27.*Covar. clem. Si furiosus*, *de homicid.*1.*par.*§.2.*num.*3.*vers.*4.*Gaeta repet. c. Ad limina* 30. *q.*1. §.4. *num.*256. *Jul. Clarus l.* 5. *recep.* §. *fin. in pract. crim. q.*36.*nu.*10.*Majol. l.*1. *de irreg. cap.*33.*nu.*7.*Borgasius de irreg. p.*5 *t. de bigam. num.*46.*Ant. Cuc. l.*4.*inst. maiorum*, *t.* 12. *num.*165. *Guttier. q. canon. l.*11.*cap.*25.*num.*15.*Flam. de resign. benef. l.*5.*q.*3. *num.*188.*Cenedo in collectan. ad decret.*166. *num. ult.* Atquæ hæc sententia receptissima est apud omnes fere Doctores.

Ad arg. n. 16. proposita resp. Ad 1. dic, bigamiam hanc non 18 inducere rationem punitionis & pœnæ, & ita nil mirum esse, si contrahatur absque delicto, imo ob actum meritorium, & obligatorium. Sicut judex tenetur pœnam mortis reo inferre, atque illam inferens incurrit irregularitatem, non ex

delicto, sed ex significationis defectu consurgentem. Ad 2. dic, illo actu non mereri & demereri respectu ejusdem. Quia meretur augmentum gratiæ & gloriæ: demeretur autem respectu irregularitatis, nec hoc est proprie demereri: cum hæc irregularitas non sit pœna. Atque proinde hi affectus non sunt contrarii. Ad ultimum dic, longe diversam esse rationem. Quia jus accusandi amittitur per copulam post adulterium habitam, eo quod cum illa sit actus amicitiæ, præsumitur ac censetur condonatio injuriæ: quod habere nequit, ubi culpa non est spontanea, sed præcepto judicis coacta. At irregularitas incurritur, eo quod deficiantur a conjunctionis Christi cum Ecclesia significatione. Ad quod nil refert copulam coactam esse.

DISPUTATIO LXXXV.

Qualiter incurratur irregularitas ex bigamia similitudinaria, eo quod in sacris constitutus, aut professus uxorem ducat?

SUMMARIUM.

Ducens viduam in sacris constitutus est bigamus, & *irregularis*, *num.* 1.
Quid, si virginem ducat. Referuntur verba sententiæ, *num.* 2. 3. 4.
Proponitur sententia Auctoris, 5.
An desideretur copula, & *qualis*, *ad hanc irregularitatem*, 6.
An professus matrimonium iniens sit irregularis. Refertur opinio, 7.
Exponitur sententia Auctoris, 8.
An exigatur copula, & *qualis*, 9.
An hæc irregularitas oriatur ex delicto, 10.
An qui votum simplex castitatis emisit, efficiatur irregularis, matrim. contrahens, 11.
An laicus monialem professam ducens sit irregularis, 12.

1 Quæstionem hanc difficilem reddit diversus loquendi modus Doctorum. Et quia non omnes loquuntur de clerico in sacris constituto, & de professo, & aliqui diversimode de illis sentiunt, ideo prius sermonem habebo de clerico in sacris constituto, & deinceps de professo. Et quidem non cadit in dubium, quin clericus in sacris constitutus viduam cognitam a priori viro uxorem ducens, ac cum illa consummans, efficiatur irregularis. Id enim expresse deciditur *c. fin. de bigamis*, ubi dicitur hanc non esse proprie bigamiam, quod unicum tantum matrim. idque irritum inierit, & sic non defecerit a significatione Sacramenti matrim., sed ob affectum intentionis ineundi matrim. cum opere carnali subsecuto, esse irregularem instar bigami. Hujus autem irregularitatis rationem reddam n. 5.

2 Dubium autem est, de clerico in sacris constituto virginem ducente, an sit irregularis? Varios invenio modos hanc irregularitatem explicandi. Quidam ajunt tunc sacris initiatum effici irregularem, quando ante ordinem contraxit unum matrimon. & post ordinem aliud, utrumque consummans; secus si unicum cum virgine ineat, ac consummet matrim. Quia textus hanc irregularitatem inducentes, loquuntur de constituto in sacris, qui duplex matrimonium iniit, licet alterum ante ordinem sacrum, & alterum postea: ut *c. Nuper*, *de bigam.* vel quando post ordinem ducit unicam, viduam tamen: ut *c. fi. de bigam.* Et cum sint pœnalia hæc, non sunt extendenda ad constitutum in sacris, unicam, & eam virginem ducentem: eo vel maxime, quod longe dispar ratio sit in his eventibus. Nam in primo & secundo eæ nuptiæ efficerent bigamum, & irregularem, laicum eas ineuntem. Atque proinde verificatur in eis ratio reddita in illis textibus, nimirum, concurrere in eis affectum intentionis cum opere subsecuto ad nuptias de se bigamiam inducentes. At in ultimo casu, id matrim. nullam bigamiam sacro inferret: ac proinde non invenitur in clerico illud contrahenti affectus ad matrim. eo vitio laborans. Ita docent *Anton. c Nuper*, *n.*7. *de bigam.* & *ibi Abb. num.* 3. *Palac.* 4. *d.*27. *disp.*4. *col.*7. *Enriquez l.* 14. *de irreg. c.* 4. *statim in princ. in comment.* & *l.*12. *de matr. c.* 6. *n.*10. *in comment. lit. I.* & favet valde *Toledo lib.*7. *summ. c.* 8. *fin.* ubi ait nullo textu probari hanc irregularitatem clerici ineuntis matrim. & ita esse incertam: favent etiam alii, qui explicantes hanc irregularitatem; dicunt eam incurrere existentem in sacris, qui cum vidua vel secunda uxore contrahit, nec amplius explicant. Sic *Domin. c. un. n.* 6. & *ibi Franc. n.*5. *de big. in* 6. *Petr. de Soto lect.*18. *de matr. pag.* 4. *vers. Hæc igitur*. *Ant. Cucus l.* 4. *inst. majorum*, *t.* 12. *n.*160. 161. & similiter favent *Goffr. sum. t. de bigam. n.* 1. & *Villadiego. de irreg. c.* 13. *nu.* 2. explicant enim hunc esse irregularem, qui ante ordinem quoddam matrim. post ordinem vero aliud contraxerit.

3 Alii ajunt, clericum in sacris contrahendo matrimon. esse suspensum, non ea suspensione, quæ irregularitatem inducat celebrando, sed esse suspensum instar cujuslibet notorii criminosi: ac proinde si matrimonium non sit notorium, sed occultum, minime indigere dispensatione. Ita *Hostien. cap. Sane Sacerdotes*, *n.*2. *verb. Ex indigentia*, *de clericis conjug.* & *ibi Abb. n.* 2. *Imol. n.* 2.

Alii distinguunt sic: Professus vel in sacris constitutus, 4 propter duo est irregularis, primo ob similitudinem ad vere bigamum, & hoc modo solum est talis quando corruptam ducit: quia si ordo non adesset, adhuc esset bigamus. Alio modo ratione præsumptionis de incontinentia, & ad majorem sacri Ordinis reverentiam, & sic est irregularis, quamvis ducat unicam & virginem. Ita *Silvest. verb. Bigamia*, *in princ.* & ita conciliat diversas de hoc opiniones.

At verius est, incurri hanc bigamiæ irregularitatem simi- 5 litudinariæ, quamvis in sacris constitutus cum unica & virgine contrahat. Probatur ex *c. Qui cler. vel vov.* ubi de Diacono, qui uxorem accepit, dicitur posse Episcopum cum ipso post peractam pœnitentiam dispensare, ut Diaconi officium exequatur. Et *c.* 2. *eod. tit.* de Subdiacono, qui matrimonium iniit, deciditur, ut si ad religionem transeat, concedat ei Episc. ascensum ad ordines superiores: quod si transire nolit, minime permittat eum in Subdiaconatu ministrare, nec ad alios ordines promoveri, sed solum in minoribus ministrare. Ratio autem hujus similitudinariæ bigamiæ ea est. Quia hic post matrim. similitudinarium initum cum Christo per votum solemne castitatis ordini annexum, de facto ad alias nuptias transivit, eas consummans copula. Atque proinde verificatur in ipso ratio tradita in *cap. Nuper*, & *cap. fin. de big.* nimirum dari quamdam similitudinem bigamiæ in hoc eventu propter affectum ad duplex matrimonium cum opere subsecuto. Quod si nolis hanc irregularitatem appellare bigamiæ similitudinariæ, sed propter ordinis reverentiam, & in pœnam incontinentiæ inductam, & sic velis conciliare Doctorum varias sententias, ut conciliat *Silvest. nu. præc. alleg.* non contradicam. Quia textus adducti probant hunc esse irregularem, at non probant hunc esse bigamum. Nec ad rem moralem confert, sive unum sive alterum dicamus, modo fateamur hunc esse irregularem. Nam licet dicamus esse bigamiæ similitudinariæ irregularitatem, tenebimus n. 10. non ob defectum significationis, sed ob delictum contrahi. At probabilius est, dici hanc irregularitatem bigamiæ similitudinariæ, ob rationem similitudinis dictam: & ita fere omnes DD. allegandi numerant hanc inter modos bigamiæ similitudinariæ: quamvis alii ex citandis dicant eum esse irregularem, & non explicant modum. Et ideo hanc sent. sustinent *Gloss. fin. c. Sane Sacerdotes*, *de cleric. conjug. Abbas c.* 2. *n. fin. qui cler. vel vov.* & *ibi Alex. de Nevo in fi. Asten. sum.*2. *p. l.*6. *t.* 7. *ar. un. quæstiunc.*2. *Monald. summ. tr. de irreg.* ubi de irreg. *propter bigamiam*, *col.* 2. *vers. Item si aliquis*. *Turrecr. cap. Rector*, *dist.*34. *ar.* 2. *n.*10. *concl.*4. *Rosella ver. Bigamia*, *n.*1. & 2. & *ibi Arm. n.*7. *Tabien. q.*3. *Navar. sum. cap.*27. *num.*195.*Covar. clem. Si furiosus* 1. *p.* §. 2. *n.*2. *vers.* 3. *Majol. l.* 1. *de irreg. c.* 33. *num.* 7. *Flam. de resign. benef. l.* 5. *q.*3.*num.*190.*Humada p.* 1. *t.* 3. *l.*5. *super Gloss.*34. *num.*1. Et ex Theologis *Ricard.* 4. *dist.* 27. *ar.*4. *qu.*1. *corp.* & *ibi Palud.* 4. *ar.* 2. *num.*12. & *ar.*6. *n.*35. *Suppl. Gabr. q.* 3. *ar.* 1. *ad fin. Ledesm.* 2. *p.* 4. *q.* 26. *ar.*2. ubi de irregularitate, *col.* 3. *fol.* 363. *Toledo l.*1. *sum. cap.*26. *num.*7. *Valentia* 4. *par. disp.*7. *q.* 19. *punct.* 3. *in* 1. *specie irregularitatis*. *Manuel* 1. *tom. sum.* 2. *edit. cap.* 158. *n.* 1. *paulo ante* 1. *concl. Emm. Sa sum. verb. Irregularitas*, ubi de bigamia *num.* 4. *Philiar. de offic. Sacerd. tom.* 1. *p.*1. *l.*4. *cap.*7. *Vivald. candel. Sacram.* 2. *par.* ubi de irreg. bigamiæ, *num.* 12. *Ludov. Lopez* 2. *par. instruct.* ubi de irreg. *c.* 22. *in* 1. *specie*. *Graffis* 1. *p. decis. l.* 4. *cap.* 27. *num.* 38. Quod idem supponunt alii disp. seq. num. 20. referendi, docentes posse Episcopum dispensare cum hoc clerico, quando virginem duxit. Ejusdem sent. videntur alii, qui indistincte docent clericum sacris initiatum, ineundo matrim. effici irregularem. Hi sunt ex Jurisperitis *Abbas cap.* 1. *num.*3. *qui cleric. vel vov.* & *ibi Alex. de Nevo num.*4. *Hostiens. summ. tit. de leg. nu.*3. *Angel. v. Bigamia*, *num* 7. *Aufrerius decisione Tholosana* 235. *n.*5. *Rebuf. de pacificis possess. num.*194. *Silv. verb. Irreg. q.*16. *v. Matrim.* 8. *q.* 12. *dict.*2. *Covar.* 4. *decret.* 1. *par. cap.*6. §. 3. *num.*1. *Borgasius de irreg. p* 5. *tit. de bigam. num.*47. *Ant. Cucus lib.* 5. *inst. majorum*, *t.* 12 *num.*114. *Matienzo lib.* 5. *recopil. t.*1. *rubr. Glo.* 1. *num.*157. *Zavallos in suis q. pract. q.*558. *num. un.* Et ex Theologis *Durand.* 4. *d.* 27. *q.*4. *num.*7. & *ibi Majoris qu.* 9. *statim in princ. Palud.* 4. *d.*37. *q.*1. *ar.*1. *num.*8. & *ibi Suppl. Gabr. q. un. ar.*2. *concl.*2. *D. Antonin.* 3. *p. t.*1. *cap.*8. *post* 2. *concl. Sotus* 4. *d.*27. *qu.* 3. *ar.*1. *concl.*3. *vers. Septimus demum*, & *col. ult. concl.* 6. *Celaja ibi q.* 4. *statim in princ. Veracruz* 1. *par. Speculi*, *ar.*37. *conc.*3. *Angles Floribus* 1. *par.* ubi de matrim *q.* 1. *ar. ult. in princip. Azor. lib.* 13. *Institut. moralium*, *cap.*13. *qu.*6. *Petr. de Ledesm. de matrim. qu.* 66. *art.* 3. *col. antepenult.* & *qu.* 64. *art.* 4. *conclus.* 1. & *qu.*53. *ar.*3. *paulo post princ. vers. Circa istum artic. Barthol. a Ledesm. dub.* 73. *de matr. col.* 2. *Lud.* 2. *p. instruct.* ubi de matrim. *c.* 49. *col.* 6. *vers. Circa eamdem*. *Vivald. candel. Sacr.* 1. *p.* ubi de mat. *n.* 230. *Vega* 1 *tom. sum. c.*34. *casu* 5. *Llamas methodo curat.* 1. *par. cap.*12. §. 3.

An vero requiratur copula, & qualis ad incurrendam hanc 6 irregularitatem; dixi hoc lib. 7. disp. 83. num. 4. & duplici sequenti.

Hactenus egimus de clerico in sacris constituto matr. contra- 7 henti. Jam de professo ad nuptias transeunti agendum est. Quidam negant hunc irregularitatem incurrere, quod ea irregularitas in jure non reperiatur. Nam *c. Quotquot* 27. *qu.* 2. cui oppositum asserentes innituntur, loquitur de solis feminis, quæ virginitatem promissam prævaricatæ sunt, interdicens eas inter virgines aut diaconissas consecrari. Sic *Enriq. l.* 12. *de matr. c.*6. *n.* 10. & *Palacios* 4. *dist.* 27. *disp.* 4. *col.*7. Idem sequitur quando cum virgine contraxit, secus quando cum corrupta.

Sed dicendum est idem prorsus quod num. 5. diximus de con- 8

stituto in sacris matrim. contrahente. Quia eadem similitudo bigamiæ reperitur in hoc: cum post matrim. similitudinarium per professionem cum Christo initum, affectet aliud matrim. contrahere. Et hoc castigant ex *c. Quoties* 27. *qu.* 2. quod est ex *Synodo Ancyrana* c.18. communiter DD. ita illum textum intelligentes, ibi: *Quotquot viginitatem pollicitam prævaricatæ sunt professione contempta, inter bigamos, id est, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebant*. Ubi licet femina sit de feminis, id a fortiori in viris procedit. Atque ita esse irregularem hunc ex bigamia similitudinaria, quamvis unicam & virginem ducat, tradunt ex Theologis *Ricard. Palud. utroque loco. Suppl. Gabr. Ledesm. Valentia, Emm. Sa, Lud. Lop. Manuel, Philiarc. alleg. n.5. Toledo lib.1. sum. c.26. nu.7.* & ex Jurisperitis *Montaigna tr. de bigamia, q.4. n.4.* & *q.6. num.7. Turrecr. Rosella, Armilla, Tabien. Navar. Major. Flamin. Alsens. relati n.5. Covar. clem. Si furiosi. de homicid. 1.p. §.2. n.2. vers.3.* Et idem supponunt, quos referam disp. seq. nu. 22. asserentes posse Episcopum cum hoc dispensare, quando cum virgine contraxit. Et ejusdem sent. videntur alii, qui indistincte tradunt professum ad nuptias transeuntem effici irregularem. Sic docent ex Theologis *Palud. 4. dist. 37. q.1. ar.2. n.12. Duran. Majoris, Sotus, Celaja, Angles, Petr. de Ledesm. Barth. a Ledesm. Vega, Llamas, num.5. allegati. Vivaldus candelabro Sacram.* ubi de irregul. bigamiæ, *in* 2. *p. num.*13. Et ex Jurisperitis *Specul. tit. de dispens. §. Juxta, n.6. vers. Et sciat. Monald. sum. tractatu de irregul.* ubi de irregular. propter bigamiam, *col.2. ver. Item, qui post votum. Alberic. Angelus, Borgasius, n.5. citati. Navar. l.1. cons. tit. de bigam. in utraque edit. cons.1. n.6. Humada p.1. t.5. l.5. super Gl.*33. *n.*2. Ejusdem sent. sunt alii asserentes idem dicendum esse de hoc professo, quod de clerico in sacris constituto matrimonium inuentum. Hi sunt *Gosfred. sum. tit. de bigam. num.* 1. *Innoc. cap. Nuper, in fin. eod. tit. & ibi Host. num.4. Jo: Andr. n.4. Card. in fine. Bellamera q.1. num.* 3. *Petrus de Soto lect.* 18. *de matrim. pag.* 4. *vers. Hæc igitur*.

9 An vero exigatur copula carnalis, qualis dixi hoc lib. 7. disp. 83. n. 4. & duplici sequenti.

10 Hæc autem irregularitas clerici in sacris constituti, aut professi matrimonium ineuntis non oritur ex significationis defectu, sed ex delicto. Constat ex *cap. Nuper, & c. fin. de bigam.* quæ late ponderavi disp. præced. nu.6. aliis rationibus adductis ad hoc probandum. Et ita hanc esse ex delicto tenent *Anton. c. fin. n.9. de bigam. & ibi Abbas n.6. Enriqu. lib.*12. *de matr. c.6. n.*11. *Manuel* 1. *tom. sum.* 2. *edit. cap.*158. *n. penul. Vega* 1. *tom. sum. cap.* 38. *casu* 1. *fine*.

11 Aliqui extendunt hanc irregularitatem ad eum, qui post simplex castitatis votum ad nuptias transit. Sic *Paul. Borgasius de irreg. p.5. tit. de biga. n.29. Majolus l.1. de irreg. c.*33. *n.7. Lud. Lop. 2 p. instr.* ubi de irregul. *c.*22. *in* 1. *specie irregularitatis*. Sed hoc non credo, cum non reperiatur in jure. Nec sit eadem ratio, quæ de professo matrimon. contrahente: in quo, etiam aliqui negant (ut n. 7. retuli) nedum in votum simplex habenti.

12 Quare audiendi non sunt alii, qui dicunt eamdem irregularitatem contrahere, qui ducit uxorem voto castitatis astrictam, quamvis ipse solutus sit. Hi sunt *Majolus eod. c.* 33.*n.*8. *Vivald. candel. Sacram.* 2. *p.* ubi de irregul. bigam. *n.*14. Sed merito ab his discedit *Enriquez lib.*12. *de matr. c. 6. nu.* 10. quod nullo jure probetur.

DISPUTATIO LXXXVI.

An bigamiæ irregularitas extinguatur per Baptismum, religionis professionem, vel dispensationem, & quis in ea dispensare possit?

SUMMARIUM.

An irregularitas bigamiæ tollatur per Baptismum? Remissive, num. 1.

*An tollatur per ingressum religionis, & aliæ irregularitates. Referuntur duæ sententiæ, n.*2. *&* 3.

Proponitur sententia Auctoris, 4.

An Pontifex possit dispensare in irregularitate bigamiæ veræ: & quo jure sit inducta. Refertur quædam sententia. 5.

Declaratur opinio Auctoris. 6.

Refutantur distinguentes in hoc, inter potentiam ordinariam & absolutam Pontificis, 7.

*An possit Episcopus dispensare in irregularitate bigamiæ veræ vel interpretativæ. Referuntur variæ sententiæ, n.*8. 9. 10.

Proponitur sententia Auctoris, 11.

Quid si ea bigamia sit occulta, 12.

Quid si bigamus transeat ad religionem, an possit Episcopus in illa dispensare, 13.

Quid, quando necessitas ministrorum urget, ut apud Indos, 14.

Satisfit argumentis, 15.

An in bigamia similitudinaria clerici ineuntis matrimonium possit Episcopus dispensare. Referuntur variæ opiniones, n. 16. 17. 18. 19.

Proponitur sententia Authoris, 20.

An possit Episcopus dispensare, ut clericus in sacris constitutus viduam ducens, obtineat beneficium, 21.

An integrum sit Episcopo dispensare in irregularitate bigamiæ similitudinariæ professi matrimonium ineuntis, 22.

An possit Episcopus dispensare in hac bigamia similitudinaria occulta, 23.

An ad interpretandum in bigamia dispensationem, sit opus explicare ternas vel quaternas nuptias intervenisse; an sufficiat binas vel bigamiam simpliciter explicare. Et quid si concurrant simul bigamia similitudinaria, & interpretativa, 24.

QUando per Baptismum deleatur irregularitas bigamiæ, satis dixi disp. 83. n. 8. & seqq. Quare in præsenti solum discutiendum est, quando tollatur per religionis professionem, aut dispensationem. 1

Et quidem loquendo de professione religionis: *Ant. c. fin. n. 9. de bigam. & ibi Abbas*, n 2. sentire videntur, bigamiæ irregularitatem contractam ante religionis professionem deleri hac emissa, secus si postea ea contracta sit. Adduntque non deleri similitudinariam clerici in sacris constituti ineuntis matrimonium: eo quod irregularitas hæc ex delicto oriatur. 2

Alii econtra ajunt, per professionem deleri omnem irregularitatem ortam ex proprio delicto: secus de ea, quæ ex significationis defectu consurgit. *Gloss. fin. c. 2. de Apostatis*. 3

Ceterum dicendum est nullam deleri irregularitatem, præterquam in casibus in jure expressis, nimirum, quando oritur ex defectu natalium, id est, eo quod quispiam illegitimus sit. Constat, quia *c. 1. de filiis Presbyt.* tanquam quid speciale decernitur, tolli hanc irregularitatem defectus natalium, & quidem non omnino, sed quoad ordines sacros recipiendos: manente dignitatum incapacitate. Ergo secus est in aliis irregularitatibus, quas tolli non est in jure expressum. Fatentur tamen DD. hujus sent. professionem religionis causam facilioris dispensationis præbere. Hujus sent. sunt *Abbas c. 2. fi. de Apostatis, & ibi Ananias fi. Soc. cap. Ad audientiam, col. ult. de homicid. Silv. verb. Irregularitas, 9 fi. & ibi Armilla n.88. Angelus verb. Irregularitas ult. n. 11. Villadiego de irreg. c.16. n.* 11. *vers. Ulterius quæro. Covar. clem. Si furiosus, de homic. 1. par. §. 2. n.6. Enriq. lib.* 14. *de irreg. c.*17. *n.*2. Atque non delere hanc irregularitatem bigamiæ affirmant etiam *Sotus* 4. *d.*25. *q* 1. *ar.*3. *col.* 2. *& Flamin. de resign. benef. lib.* 5. *q.*3. *n.*194. Subdit *Sot. ibi* usu obtentum esse, ut omnis irregularitas quoad ordinum susceptionem aboleatur professione religionis: dempta ea, quæ ex bigamia aut homicidio voluntario proficiscitur. Sed jure optimo ab ejus sent. recedit *Enriq. lib.*14. *de irreg. c.* 8. *num.* 10. quod non constat de eo usu.

Circa dispensationem autem, quidam negant Pontifici Summo integrum esse in hac bigamiæ veræ irregularitate dispensare, quod vitium bigami consurgat ex defectu Sacramenti, quod tollere non subest potestati Pontificiæ. 2. quia hæc irregularitas habetur ex jure divino, juxta illud *D. Pauli* 1. *Timot.* 3. ubi admonet Episcopum debere esse unius uxoris virum, id est, non bigamum: ubi nomine Episcopi omnes Sacerdotes comprehendit. Et ideo *c. 1. de bigam.* decidit propter hoc Paulinum testimonium non licere cum bigamis dispensare. Sic videtur tenere *Gloss. cap. 2. verb. Dispensare, de bigam.* Alii vero licet concedant irregularitatem hanc esse de jure divino, admittunt tamen Pontificem posse dispensare. Ita *Petr. de Soto lect.* 18. *de matr. pag.* 3. *vers. Ex quibus denique, & pag.* 5. *vers. Restat jam*. 5

Ceterum absque dubio tenendum est, irregularitatem hanc 6
solo jure Pontif. inductam esse: ac proinde posse Pontificem in ipsa dispensare. Ducor, quod in lege Evangelica nullum præceptum divinum positivum existat, præter fidei, & Sacramentorum præcepta (ut probavi disp. 52. nu. 2.) Cum ergo hoc non pertineat ad materiam & formam Sacramentorum, nec ad ipia suscipienda sub præcepto, & non sit naturale, non erit divinum positivum. Deinde, quia licet irregularitas hæc sit inducta a D. Paulo, est tamen de jure humano. Quia Apostoli erant etiam Episcopi, & ut Apostoli condebant sacram Scripturam, ut Episcopi vero leges Ecclesiasticas, ut *Allor.* 5. & consilia præbebant, ut 1. *Cor.*7. Nec obstat Pontificem non posse auferre defectum significationis Sacramenti. Quia ad dispensandum id minime desideratur, sed solum ut Pontifex tollat irregularitatem ex eo defectu ortam. Nec similiter obstat textus *c. de bigam.* ibi enim dicitur non licere dispensare: ita ut verbum, Non licet, importet difficultatem, non autem impossibilitatem. Atque ita sensus est, non facile & absque gravi causa dispensari posse: vel die non licere Episcopis inferioribus, qui Pontificem consolebant, an possent ipsi bigamos promovere. Rursus probatur hæc sent. Quia *cap. Lector d.* 34. Martinus dispensavit cum bigamo, ut Subdiaconus fieret. Et *ibi Gloss. verb. Fiat*, refert Lucium dispensasse cum Episcopo Panormitano, qui bigamus fuerat. Deinde, quia etiam *D. Paul.* 1. *Tim.* 3. petit Episcopum non percussorem. Et tamen nullus negat dispensationem in hoc Pontificem. Item quia in Concil. Gangrensi dispensatum est in statuto Apostolorum, qui statuerat Presbyterum ob crimen fornicationis deponendum esse, *cap. fin.* 82. *dist.* cujus oppositum fuit *eo. cap. fin.* decretum. Et ideo hanc sent. sustinent *D. Th. 4. d.*27. *q.* 3. *ar.*3. *corp. & ibi Ricard. ar.* 4. *quæst.* 4. *Palud. q.*4. *ar.*5. *num.*33. *Majoris q.*6. *concl.*2. *Suppl. Gabr. q.*3. *ar.*3. *dub.*4. *Vas. q* 3. *ar.*3. *concl.*1. *Metina cap. de jejunio, q. de dispensatione in Quadragesima, vers. His tamen non obstantibus*: Et reliqui omnes Theologi. Et ex Jurisperitis *Gl. d. c. Lector, ver. Fiat. Et ibi Archid. num.*2. *& Turrecr. ar.*1. *num.*2. *Specul. t. dispensationes, §. Juxta num.* 3 & 4. *Goff. ed. sum. tit. de*

1 *tit. de bigam. nu.*11. *& ibi Hostiens. ad fin. Et idem Host. c.* 2. *n.*4. *eo. tit. & ibi Innoc. n.*2. *Jo. And. a n.*9. *Ant. n.*9. *Abb. n.*6. *Cardin. q.*2. *Anchar. n.*2. *Bellar. n.*1. *Henr. c.*1. *de bigamis n.*22. *& seqq. Idem Anchar. c.nu. nu.*6. *de bigam. in* 6. *& ibi Francus n.*4. *lex Reg* 5. *tit.* 5. *p.* 1. *& ibi Greg. Lop. v. Dos mugeres. Ananias c. Si vir, n.* 3. *de adult. Staphileus de lit. gratiæ, col. ult. Covar. clem. Si furiosus, de homicid.* 1. *p.* §. 2. *num.*4. Et reliqui omnes Jurisperiti, & Summarum auctores, ut *Angel. v. Bigamia n.*8. *Sylv. ibi qu.*6. *Tab. qu.*7. *Armil. n.*9. *Navar. sum. c.*27. *n.*197.

7 Nec audiendi sunt *Henric. & Siaphil. n. præced. alleg.* qui hoc limitant, ut Pontifex possit potestate absoluta dispensare, secus ordinaria, quos bene reprobat *Covar. eod. n.allegatus*. Quia cum hæc irregularitas sit ex solo jure humano, potest Pontif. potestate sua ordinaria illi derogare.

8 Potissima autem quæstio est de facultate Episcopi circa dispensationem in bigamiæ irregularitate. Et quidem loquendo de bigamia vera vel interpretativa, variæ sunt sententiæ, quas refert *Glos. cap.* 2. *v. Dispensare, de bigam.* Sed potissimæ sent. sunt 4. Prima ait posse Episcopos dispensare etiam quoad majores ordines. Probat quia Episcopi dispensant cum criminosis, *c. At si clerici, de judiciis*. Qui instar bigamorum sunt, & pariter *Apostol. 1. Timoth.* 3. interdicit eis promotionem ad ordines. Hanc refert tacito Auctore *Glos. citata*.

9 II. Sent. sustinet non posse Episcopum dispensare cum hujusmodi bigamis etiam ad ordines minores. Ducitur quod *c.un. de bigam. in* 6. desumptum ex Concil. gen. Lugdunensi, interdicit bigamis in minoribus ordinibus constitutis deferre tonsuram clericalem: nec committit dispensationem Episcopo. At hic nequit in decreto generalis Concilii dispensare, nisi specialiter sibi committatur, (ut tradit communis sent. *c. At si clerici de judiciis*. Et confirm. quia *Trid. sess.*23. *de reform. c.* 17. *fin.* statuit minorum ordinum munia obeuntes debere esse cœlibes, & non bigamos. Hanc tenent *Jo. Andr. c.un. de bigam. in* 6. *n.*1. *vers. In gl.*2. *ibi Lector. Et ibi Anch. nu.* 6. *Dom. n.*5. *vers. In fin. gl. Franc. n.*4. quamvis enim non explicent de qua bigamia loquantur; at loquuntur de bigamia, de qua ille textus: qui de vera & interpretativa intelligitur, teste *ibi gl. v. bigamus*. Idem tenent loquentes de bigamia vera, *Jo. Andr. c.*2. *in fin. de bigam. & ibi Card. fin. Anchar. n.*2. Idem de utraque bigamia tenent *Lud. Lop.* 2. *p. instr.* ubi de irregular. *c.*22. *in* 1. *irregularitatis specie*. Idem docent indistincte loquentes de bigamia *Anton. c.* 2. *nu.* 8. *de bigam. & ibi Abbas n.*5. *fin. Villadiego de irregul. c.*16. *n.*1. *vers. Episcopis Suppl. Pisanæ v. Bigamia, num. penult. & ibi Angel. nu.*8. *Greg. Lop. l.*5. *v. Dos mugeres, t.*5. *p.*1. *Flamin. l.*5. *de resign. benef. qu.*3. *n.*196. *Toledo l.*1. *sum. c.*26. *nu.*8. *Humada p.*1. *t.*5. *l.*5. *gl.*44. *n.*3. Et ita esse regulariter, licet possit Episcopus dispensare subsistenti legitima & evidenti causa, ut nobilitate, scientia, tradit *Lud. Gomez in tractatu Brevium n.* 21. Et posse tantum hanc dispensationem admitti, quando merus laicus bigamiam contraxit, qui nondum statum aut privilegium clericale habuit, secus quando clericus, utpote qui jam omne privilegium amisit, tradunt *Henric. c.*1. *de bigam. n.*28. *Covar. clem. Si furiosus, de homicid.* 1. *p.* §. 2. *n.*4. *Salzedo addit. ad præd. Bernard. Diaz cap.* 16. *verb. Dispensare*. Addunt *Covar. & Salzedo* posse etiam cum clerico dispensare, ubi maxima dispensandi causa subesset. Et subdit *Covar.* adhuc in his casibus rem esse valde dubiam.

10 III. Sent. ait non posse etiam quoad ordines minores recipiendos dispensare Episcopum cum bigamo vero vel interpretativo: at posse admitti ut valeat dispensare in usu ordinem minorum antea receptorum: per *cap. Lector, d.*34. a Ita tradunt *Navarr. sum. c.*7. *n.*197. *Valent. 4 par. disp.*7. *quæst.* 19. *punct.*3. *in* 1. *specie irregul. Manuel* 1. *tom. sum.* 2. *edit. c.*158. *concl.*5. *n.*6. *Philiarc. de offic. Sacerd. t.*1. *l.*4. *c.*7. *fin. Emm. Sa summ. verb. Irregularitas*, ubi de bigam. *in fin. Vega* 1. *t. sum. c.*38. *casu* 1. *Vivald. candel. Sacram.* 2. *p.* ubi de irreg. bigam. *num.*34.

11 Ultima sent. (cui tanquam probabiliori adhæreo) asserit, nullatenus integrum esse Episcopo quoad sacros ordines dispensare: secus quoad ordines minores suscipiendos, suscepitisque utendum. Probatur *c. Lect. d.* 34. quod est ex Martino Papa ibi: *Lector si viduam alterius uxorem acceperit, in lectoratu permaneat, aut si forte necessitas sit, Subdiaconus fiat. Nihil autem supra. Similiter etsi bigamus fuerit*. Ubi si sermo esset de solo Pontif. non esset verum in solo Subdiaconatu posse eum dispensare. Et quamvis in principio dicat textus, *in lectoratu permaneat*: & sic solum videatur Episcopo concedere facultatem dispensandi in usu ordinis minoris antea recepti. At mox subdit, *aut si forte necessitas sit, Subdiaconus fiat*. Ubi aperte conceditur Episcopo facultas dispensandi in Subdiaconatu recipiendo, occurrenti legitima causa. Qui tunc temporis non erat ordo sacer (ut notat *Goffred. sum. tit. de bigamis, in fine, & Host. in fin.*) Et ratio est. Quia cum sacris ordinibus sit votum castitatis solemne annexum, per illos deputatur quispiam simpliciter & perfecte divino cultui, ita ut amplius resiliendi facultas non superfit, quod secus in ordinibus minoribus contingit. Et ita non est cur circa hos denegetur Episcopo facultas dispensandi. Et ideo hujus sent. sunt ex Theologis *D. Th. 4. d.*27. *q.*3. *ar.*3. *corp & ibi Albert. Magn. ar.ult. Durand. q.*4. *in fin. corp. Palud. q* 4. *ar* 5. *n.*35. *Suppl. Gabr. qu.*3. *fin. Sotus q.*3. *art.*3. *concl.*2. *Petr. de Soto lect.*18. *de matrim. pag.*5. *vers. restat jam. Palacios* 4. *d.* 27. *disp.*4. *col.*14. *Angles Floribus* 1. *p.* ubi de matrim. *qu.*1. *ar.ult. diffic.*1. *concl.*2. *Enriq. l.*12. *de matr. c.*6. *n.*11. *Petr. de Led. de matr. qu.*66. *ar.*5. *concl.*3. *Graffis* 1. *p. decis.* l. 4. *c.*27. *nu.*38. *Bart. a Ledesm. de matr. dub. ult. col. penult. Ledmas methodo curat.* 1. *p. cap.*12. §. 3. Et ex Jurisperitis *Glossa c.*2. *v. Dispensare, in fine, de bigam. & ibi Host. paulo post prin. & in sum. eod. tit. in fin.* Et ita forte esse tenet *Archid. d. c. Lector. n.* 1. Et tenent etiam *Alberic. in dictionar. lit. B. v. Bigam. ad fin. Alsens.* 2. *p. summ. l.*6. 1. 7. *a nu. qu.*8. *Monald. sum. tr. de irregul.* ubi de bigamia, *ad fin. Turrecr. d. c. Lector, ar.*2. *n.*7. *concl.*1. *Silv. v. Bigamia, q.*7. Ubi *Armil. n.*9. *Tabiena q.ult. Borgasius de irreg. p.*5. *tit. de bigamis, nu.*8. Idem saltem in aliquo casu tenent quidam DD. (ut retuli n.4. fine.) Idem quando bigamia est interpretativa, secus quando vera, tenet *Ant. Cuc. lib.*4. *instit. majorum, tit.*12. *n.*186, 187.

Aliqui temperant priorem partem hujus sent. nimirum non 12
posse Episcopum cum bigamo ad ordines majores dispensare, ut intelligatur, nisi bigamia occulta sit: tunc enim poterit. Ita docent *Palud. Suppl. Gabr. Tabien. Armill. num. præc. allegati. Turrecr. c. Lector, d.*34. *ar.*2. *n.*11. *concl.*5. Qui sublimitat cum *Paludano*, quando ea bigamia occulta consurgit ex facto, quod suapte natura occultum est. Ut si quis uxorem occulte adulteram cognoscat. Secus facto existenti occulto per accidens, cum suapte natura publicum esse deberet. Ut si bigamia consurgat ex matrimonio clandestino. Sed cui fundamento innitatur hæc limitatio, me latet: & ideo illam non admitto. Verum quando est bigamia interpretativa ex delicto consurgens, (qualem disp. 84. *n.*6. diximus esse, quæ oritur ex duplici matrim, neutro existente valido, aut altero valido, & altero irrito) si delictum sit occultum, potest Episcopus dispensare. Quia *Trid. sess.*24. *de refor. c.*6. concedit Episcopis facultatem dispensandi in omni irregularitate ex delicto occulto, dempto homicidio voluntario. Et ita loquens de hac bigamia contracta ob duplex matrim. irritum, sentit *Enriq. l.*12. *de matr. c.*6. *fin.* Et ita limitationem dictam reprobat *Lod. Lop. n.*5*eq. allegandus*.

Alii temperant eamdem priorem partem, nisi bigamus ille 13
ad religionem transeat: tunc enim dicunt posse Episcopum dispensare. Sic referunt aliquos tenere, nec improbant *D. Th. Durand. Alberic. Sylvest. Tabiena, Armilla num.* 11. *alleg.* Et tenet *Albert. Magnus 4. d.*27. *ar.ult. Enriq. lib.*12. *de matr. c.*6. 14. *Vivald. candel. Sacram.* 2. *p.* ubi *de irregul. Bigamiæ, n.*24. Et dicit *Enriq.* favere *c. Qui cler. vel vov.* & intelligi hoc si ex licentia sui Prælati subjiciatur religiosus, qui exemptus est, Episcopo. Verum nec ille textus favet, utpote qui loquitur de bigamia similitudinaria. Nec video qua ratione aut textu possit prædicta limitatio probari. Nec id more & usu probatur, ut testantur *Palud. 4. d.* 27. *qu.* 4. *n.*35. *Supplem. Gabr. ibi qu.*3. *ad fin. Sotus q.*3. *ar.*3. *in fin. corp. Turrecr. c. Lector, d.*34. *ar.*2. *nu.*9. *concl.*3. *Lud. Lop. 2. p. instructorii*, ubi de irregul. *c.*22. *in* 1. *specie irreg. Bart. a Ledesm. dub. ult. de matr. ad finem*.

Tandem alii limitant, nisi necessitas urgeat ob ministrorum 14
penuriam, ut apud Indos: poterit enim tunc Episcopus dispensare ut bigamus ad Subdiaconatum promoveatur. Probatur ex *c. Lector, d.*34. ubi ea facultas conceditur Episcopo. Nec obstat tunc Subdiaconatum non fuisse sacrum ordinem. Quia quamvis jam inter sacros ordines adscriptus sit, nullibi ea juris dispositio sublata invenitur: ac proinde servanda est. Ita docent *Palud. & Suppl. Gabr. n.præc. allegati. Turrec. eo c. Lector, ar.* 2. *n.*8. Idem sequitur *Enriq. l.*11. *de matrim. c.*6. *n.*11. alio tamen ductus fundamento, nimirum ob tacitam Pontificiam commissionem ratione urgentis necessitatis. Ceterum posse Episcopum jure ordinario *d. c. Lector* [ut priores volunt Auctores] nullo modo admitto. Sed credo cum DD. n.11. allegatis non posse. Quamvis enim ea textus decisio non inveniatur expresse correcta, at tacita correcta creditur: cum omnino causa illius concessionis cessarit; effecto jam Subdiaconatu ordine sacro, instar aliorum: & sic eadem est ratio de illo, ac de aliis ordinibus sacris. Ad quos constat ex verbis expressis Pontificis *eo c. Lector*, denegatam esse facultatem dispensandi Episcopo. At posse ex tacita Pontificis dispensatione Episcopum in hoc dispensare, [ut voluit *Enriquez*] quando ingens urgeret necessitas penuriæ ministrorum, nec esset aditus ad Pontificem, ob magnam loci distantiam, placet utique propter rationem generalem, ob quam in simili necessitate probavimus lib.2. disp.40. n.3. posse Episcopum in lege Concilii generalis vel Pontificis dispensare. Sed non video cur hæc facultas sit tunc ad Subdiaconatum restringenda. Sed poterit in omnibus sacris ordinibus dispensare, quia eadem necessitatis ratio militat. Imo necessitati fidelium ob ministrorum penuriam nullatenus consulitur, nisi Episc. ad Sacerdotium dispenset. Quia soli Sacerdotes possunt conficere Eucharistiam, excipere confessiones, ac Extrem. unctionem ministrare, quæ sunt Sacramenta, quibus fideles indigent.

Ad argum. primæ contrariæ sent. n.8. propositum dic cum 15
*Glos. c.*2. *v. Dispensare, de bigam.* aliud considerasse Apostolum, quando criminosum ad ordines promoveri interdixit, & aliud, quando bigamum. Quippe illum excluit ob personæ indignitatem, quæ pœnitentia aboletur. Et sic non mirum, si possit Episcopus dispensare. At hunc, ob defectum significationis,